LO
C
15

D 8/7

1-f
5

20
C
15

NAZIONALE
6
21 K
14
EMANUELE

Bibliotheca
Coll. Rom.
Societ. Jesu

20 - 6 - 13

20
C
15

6 - 21 - 5 - 15

~~6-27-73~~


Nec metas Famæ nec tempora ponit
Franciscus de Grado sculp. Neap.

PROSPERI
CAPPELLÆ
AVERSANI
SOC. IESV.

CINERALIVM CONCIONES
AD LYRAM.

Ad Eminentiſs. & Reverendiſs. Dom.

D. JACOBUM
CANTELMVM
Archiepiſcopum Neapolitanum.

BIBL·SEM·COLL·ROM·SOC·IESV



NEAPOLI, MDCXCIX.

Ex Typographia Felicis Moſca.
Superiorum Auctoritate.

EMINENTISSIMO

ET

REVERENDISS. DOM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

D. JACOBO

CANTELMO.

ARCHIEPISCOPO NEAPOL.

QU*i potiùs* Cineralium Conciones ad Lyram *dedicare deberē; quàm eruditiſs. Principi, & optimo Antiſtiti Purpurato, qui ſuæ creditos tutelæ, & benevolentiæ cives, ut ad Dei obſequium, vel eru-*

diret, vel accenderet, ea fuit ſolicitudine, ut nihil ſupra; cum ex univerſa Italia celeberrimos Oratores, non parcendo ſumptibus, vocaverit, ut in Principe ſuæ ditionis templo concionarentur, nec Divino tantùm verbo Pietati contra deſidiæ tenebras ſplendorem attulit, ſed ſuam in bono lumine vitam collocavit; ut illibati regiminis initium ab exemplo auſpicaretur, & populi ab ejus ſublimi vivendi ratione, qua nihil egregius, diſcerent, quà tandem ad ſummam magni Pręſtitis gloriam aſcendere daretur. Et tu quidem, Eminentiſſime, viſus es veniſſe in vitales auras à principum faſtu alienus: ſemper enim cœlibem, integritatis cuſtodiâ, vitam coluiſti: nam cum tuo fratri germano nulla proles viriiis eſſet, veritus, ne te ſæculi pompis in conjugio deſtinarent, ſacris ſtatim initiatus hunc pręcluſiſti

adi-

aditum; ut ad Divina viam miniſteria tibi munires. hac deliberatione, plauſu, lætitiaque audita Romę, quaſi poſt hęc gloriosè geſta jam tibi purpura deberetur, ut ad eam gradum faceres, eveſtigio miſſus es à Romano Pontifice Generalis Melitam Inquiſitor, ubi in illius Civitatis, & Ordinis Bibliotheca, cum à negotijs liceret, liberalibus diſciplinis, quibus abundè eras inſtructus, nitorem adjeciſti: ex hac Sedis Apoſtolicæ Nuncius ad Catholicas Helvetię reip. profectus regiones; ubi ab hęreſis finitima vicinitate fides Romana periclitabatur, amorem illius amiciſſimę Summo Pontifici nationis in Vaticanum auxiſti, ad Italos mittendus eras Nuncius principes; ſi Italia te caperet; ſed cum majora à te res Chriſtiana expectaret, dum Polonię regnum crudeliſſima fame langueret, ab Othomanno

hoſte

hoſte immaniſſimo vexaretur, & eæ eſſent rerum, & temporũ inclinationes, ut minarentur illius reip. vaſtitatem, & ad ultimam ruinam ſpectare viderentur, non opus fuit te ad ea ſacri belli conſilia impellere, ad quæ tua ſponte animum inclinaveras, ſed ad Summi Pontificis nutum præcipitaſti moras, ut caput periculis pro ſalute publica objectares, & te Thraciæ, & Macedoniæ gentium inundationibus aggerem obijceres, ac præſto eſſes ad defenſionem Europæ; & neceſſe fuit iter habere per populorum ſtrages, quas fames dederat, nec aliæ viarum difficultates iter impedierunt, quàm quæ calcaſti cadavera, quà tibi facere viam oportuit, ut Poloniæ vitam tuereris; cum pertinacia, & arrogantia barbarorum magis tuo conſilio, & Summi Pontificis ope, quàm armis vinci, frangique pertimeſceret, &

ope-

operæ erat pretium te ad longinquas proficiſci nationes, ut decus,& virtus Neapolitanæ gentis noſceretur. Hæc tantùm parcè tangere per tempus licitum fuit, quàm longam, & virtutibus ſplendidam texere poſſemus panegyrim, quàm ſtabile veræ choragium gloriæ comparare, ſi quę pro tua ęſtimatione ſapienter, pro Summi bonore Pontificis magnificè, pro Dei gloria fortiter egiſti nos non laterent; quæ ſive injuriâ temporum, ſive bumani generis boſtis invidiâ, clade oblivionis oppreſſa ex hominum memoria deleta diſperierunt: quis enim non arbitretur, niſi qui te non noverit, quoſcunque ad iter difficillimum paſſus moveres, fuiſſe ſive ad tui, ſive ad Summi Pontificis, ſive ad ſummam Dei gloriam gradus: & talem oportebat eſſe verum Apoſtolorum ſucceſſorem, quorum prǽclara facinora, quę patraverunt,

runt, uſque ad terrarum Orbis admirationem, pauca ad nos ex interitu memoriç hominum effugerunt. Compoſitis maxima ſapientia, & prudentiſſima dexteritate Poloniç rebus, cum ad nos redires Europam propemodum totam ad tuas excitaviſti laudes apud populos, & Principes ſemper grandior, & illuſtrior, devorata Poloniæ, & Germaniæ propè infinita camporum vaſtitate, vicinis Cœlo montibus ſuperatis, antequàm Italiæ accederetur, Sedis Apoſtolicæ Nuntius extraordinarius Auguſtam vindelicorũ miſſus, ubi te totum expectabat Imperium; ut Summi Pontificis nomine intereſſes dum Joſeph Auſtriacus Electus Rex Romanorum, coronaretur: ibique eam nactus es æſtimationem, ut Leopoldus Cæſar admiratus religiosè affirmaverit, te decoro vitæ lumine purpuræ, quam merueras,

ſplen-

ſplendorem ſuperaſſe: inde digreſſus, cum magnis itineribus Romam contenderes, prope Tridentum miſſi ex urbe purpurei occurrerunt honores ab Alexandro VIII. delegati, ut Te ſuo nomine amplecterentur; voluit gratiſſimus Pontifex, ut non niſi Purpuratus urbem ingredereris, ubi Purpuræ regnarent, & ut Nuncius ſignificare tibi anticiparet publicum gaudium, & exuberantem Summi Pontificis lætitiam, & deſiderium te amplectendi exprimeret, ut tuam pietatem, cæteraque egregia virtutum decora, & magnæ animę dotes, quas habebat perſpectas, copiosè teſtaretur, quippe qui quantum gloriæ Chriſtiano nomini, & ſibi Jacobi authoritas, & conſilium contulerit plauſibili Romanæ Eccleſiæ bono noverat: verum enim vero, ut tui mores latiùs ſpendeſcerent Urbini legatus denunciatus es; at cum Capuanæ

Ec-

Eccleſia Archiep. Cavalerio Cardinali viduata in luctu prænimio animi dolore jaceret, ut major tibi via ad Dei honorem aperiretur, ac ſpiritus, & vita illi Eccleſiæ rediret poſt Romam tuarum decorem virtutum. Capua prima omnium dilexit Felicis Campaniȩ Caput Felicior ipſa, quia te Archiepiſcopum meruit: cujus Presbyteri qui à canone denominantur, cum tibi dono darent ingens telæ auro intertextæ involucrum, ut ſolium eo inſignires ornamento, & indumenta ad ſolemni ritu celebrandum conficeres, quaſi vix tibi cernendi facta poteſtas eſſet, pretioſiſſimum munus honorariũ retrocedere juſſiſti, & illud donaſti principis templi ſacrario, ut integumenta ſibi ipſi ad præcipuas haberent ſupplicationes; atque in poſterum, ſive publico, ſive privato nomine nemo omnium inventus eſt, qui tentare te

ſplen-

ſplendidis, atque adeo ſuſpectis muneribus auderet: & illa, inquam, Civitas, cui cum ad eximia quæque pietatis opera virtute præluceres, nihil infelicius ſibi duxit, quàm quod ſtatim datus, & ereptus es, nec diuturna tanti præſulis præſentia frui cœlitùs datum ſit: qua nunc diutiùs Neapolis potitur; ubi dignitatem, quam accepiſti, ut prodeſſes omnibus, exerces, ut accepiſti, ſine lucri gratia, ſine ſpe proprię utilitatis: Et quidem cum Eminentiſſimus ſis, nihil in te magis eminet, quàm quod unum de concivibus tuis te eſſe exiſtimas, & impenſis gratis beneficiis probas; dum non tam Eccleſiæ tuæ Princeps, quàm pater Patriæ eſſe, & dici lætaris; & gens quidem Neapolitana vitæ dilecti ſibi antiſtitis ſæcula, ut benè ſemper omnibus faciat, auſpicatur. Exeat nunc ex invidiæ gurguſtio neſcio quis, & dicat.

Adoleſcens ad præclariſſimos, quoſque volauit honores. Adoleſcētem dixeris, qui ingentia negotiorum volumina diſplicavit; quæ ſola longam, & integrā decorarent ætatem? volavit ne qui per itinera dignis Hercule laboribus obſita, frequentibus, magniſque obſeſſa periculis ſe miſit? Quid nos ipſi? Eccleſiaſticam ſine luxus cōtagione pompam, parem regibus majeſtatem, an conſtantiſſimam in regendis Eccleſijs benignitatem? normam ſine pecuniæ ſtudio Apoſtolicam, Angelicam cum autboritate modeſtiam, an perſpicax in judicando ingenium, maximam in rebus agendis prudentiam, (cujus tanta eſt negotiorum in animo capacitas, ut altiùs reſpicere nos admonitos velle videatur) an plenam religioſi animi miſericordiam, qua nulla de tuis virtutibus plurimis nec gratior, nec mirabilior eſt, celebrare velimus?

à ſe-

à ſecretis enim tibi ſervit eleemoſynis digniſſimus fide vir, quem otio torpere non ſinis: ac dicant qui honeſto nati loco magis pudore quærendi ſibi victum, quàm paupertate premuntur, quàm præſentem tuam opem ſentiant; cum quidquid pro dignitate tibi perſuades ex charitate debere, prompto ſolvere animo lætaris: & triſtitiam, quam alii ſolvendo experiuntur, haberes niſi ſolveres; cum ſatis tibi putas, ſuperque eſſe reditus, qui dignitatis nomine quotannis tribuuntur; immò menſæ fragalitati, & uſibus tuis ſubducis quidquid Purpuræ merito debetur; ut alienæ pleniùs inopiæ indulgeas. Quid igitur in te mali germinare poterit? cum cupiditatem non dico extirpaveris: nam in te nunquàm radices egit, ſed calcaueris cupiditatem originem, & omnium radicem malorũ, ut ait Apoſtolus; nec dubito, quin ad

hæc, ſi legas, pudore ſuffuſus ingenuũ miſtura pulcherrima ad dignitatis oſtrum adderes ruborem: advertis enim, nos tibi, non dignitati, aut fortunæ tuæ, ut ſæpiùs principibus accidit, hęc ſcribere. Habes igitur, nullum eſſe neque integrius, neque verius obſequii genus, quàm quod non habet metum, ne blandiri author videatur; quamobrem uſus ſum, quodam ſcribendi temperamento: nam ſi habere velim rationem quid Antiſtitis patiãtur aures, modicè loquendo ſummis tuis virtutibus injuriam facerem: ſi quid tuæ integritati debeatur loquar, argui poſſem ab affectatæ modeſtię cultoribus; quod non lene tormentum tuæ verecundię inconſideratus admoverem; hęc me ſola timiditas angit: nam tot me tua merita, virtutes, & decora circumſtant; ut facile aliquis ſibi perſuadeat, meo me indulſiſſe genio,

nio, cum meum tibi obſequium conſecrarem: nam qui actus veritatis amore, quaſi ſecundo eloquendi flumine feratur, ut merita principis menti, animoque nova attentione imprimantur, ex facili eſt obijcere: Poterat dicere parciùs; at nihil ineptius eſt, quàm qui magno haurit de flumine imperare hauriendi parſimoniam: maxime cum in animum cadere non poſſit, ut cum loquar de liberalitate, Antiſtes noſter obijci ſibi avaritiam, putet; cum de contemptu munerum, rapacitatem; cum de negotiorum attentione, inertiam; cum de aſſiduitate laborum, ignaviam; & ab hoc tum maxime cogitationes peregrinantur, cum ſi quis in rebus agendis, cum ſint clauſæ muneribus fores, laudes attulerit, ab ijs averſa modeſtia tua non ſine decora formidine, mox tanquam reas maieſtatis in ore dicentis ſtrangulat,

cohibitura etiam ſi quas non nemo ſcripſerit, ſi ſciret: at ſciat ipſa, quòd dicere, & veras audire laudes ab humanitate tantùm averſis negatum eſt. Scimus, nos non levem tuis auribus afferre moleſtiam, qui magis laudanda gerere, quàm laudari lætaris; at redde hoc affectibus noſtris, qui actum agimus, cum audemus virtutes tuas, & decora in lumine publico collocare, quæ Sole meliùs nitent; & poſſumus palàm ſatis obſequendi debito facere; cum ſit nemo, qui de te perperàm, & malignè ſecretò loquatur, & ſentiat; at oportet te aliquando præſtare veritatem fatentibus aures, & dignari tuis oculis ſi quid typis mandavimus; quod ſi tibi nihil addere videatur, prodeſt tamen civibus tuis, & ut tu etiam quantus populo præſis, intelligas. Et talem decebat eſſe, quem Antonius Pignatellus tunc quidem Archiepiſcopus Neapo-

li-

litanus, nunc Pontifex Op. Max. divino afflatus ſpiritu futurum eſſe prædixerit: cum inter eminentiſſimos Romæ honores Alexander VIII. Sũmus Pontifex te purpura coronaret, ut de laboribus pro Sede Romana, & ejus honore ſuſceptis te remuneraretur; magnus ille vir Innocentius XII. Succeſſorẽ, ait, Habemus: alumnus ille immortalitatis non morte præventus, at meritis imperio dignis evectus eſt ad Summi Pontificatûs apicem, ut ad regimen tantæ Eccleſiæ, & patriæ præfeſtinares: tanto Pontifici uſque adeo & loco, & vita ſucceſſiſti; ut viri Neapolitani non haberent quid in te, illo amiſſo, deſiderarent; at aliquid intereſſe oportebat inter Archiepiſcopum, quem, mendacio quæ gaudet fama vaticinaretur, & quem proximè futurus Pontifex oſtenderet: unde ſi ambigeremus, an fortuitò, an

di-

divinitùs præſules civitatibus darentur; Præſulem noſtrum conſtaret divinitùs datum; non enim in aula, ſed in ore tanti Pontificis repertus es, non igitur mirum, ſi è purpurà nihil aliud decerpſiſti, quàm eximij pudoris, & modeſtiæ florem, nihil ad familiæ emolumentum, nihil ad dignum Principe faſtûs ſplendorem: non enim in curia Romana aliqua licita, & conſueta induſtria, aut virtute, aut etiam merito adeptus es dignitatem, ſed ab Europæ finibus, ubi laboribus, & difficillimorum itinerum patientia, divina propemodùm prudentia, & ſapientia Cœleſti, nomen, & honorem, & benevolentiam in Romanum Pontificem ſuſtinueras, ad eminentiſſimum locum, vocatus es; ut ſudores civibus tuis, & patriæ impenderes; cum multi quadam triumphi ſpecie ſedentes in rhedis in oſtentatione ſpatiarentur per Hippo-

po-

podromum, ut pomparum ferculis ſimiles eſſe viderentur: aut in ſuburbanis inter demeſticorum ad captandum æſtivum frigus artificia nemorum, inter luſus, & quæſitos murmure fontium ſopores, inter aquarum ingenia, inter tonſiles ad voluptatem viridariorum ſylvas otiarentur; Tu Sedis Apoſtolicæ nuncius horrida immenſæ Hercyniæ Sylvæ latera, qua nulla maior in Europa, eques aut pedes metireris, & per inhoſpita ſaxa tibi multi ſudoris viam aperires: Viſtulam, & Danubium altiſſima, & vaſta flumina tuæ virtutis fama, & magnis itineribus coniungeres; nec alio ponte quàm duratarum nivium ab una ad alteram ripam vel rheda non ſine capitis periculo, vel invictis pedibus tranſcurreres; non te frequentes ambitionis, & cupiditatis artes, non te aliquod honorarium ſupremæ Cameræ miniſte-

ſterium, non magnus natalium ſplendor, quamquam neque hic, & quidem regius, deſit: ſed pietas, ſapientia, vitæ integritas, & aliena felicitas te patriæ regimini admovit: electus es à Summo Pontifice non ut concivis, ſed ut optimus: eodem enim animo te Innocentius XII. aſſumpſit, ut alterum, ſi digniorem inveniſſet; nec fas erat aliter Antiſtitem conſtitui, ſi ab Inno. XII. conſtitueretur. Quibus nunc gaudiis exultas, Summe Pontifex, Antoni, cum ſonoris plauſibus audieris optimum eſſe quem tu Op. Max. tanquam optimum ad regendam patriæ Eccleſiam miſiſti: nec alio magis argumento latiùs pateſcit animæ tuæ magnitudo, quàm quod ſecurus magnitudis tuæ ad patriam non caviſti ſucceſſorem optimum mittere; & tu Eminentiſſime Cardinalis Cantelme; (nam tu quoque ſi non Vaticanum, proximã

ta-

tamen Vaticano obtines ſedem) quantam percipere debes voluptatem, quòd ſpes tanti Pontificis non fefelliſti; è cujus conſpectu, cum ad nos proficiſcereris, ille tanta erat glorioſus hilaritate, ut omnes in eius vultu legerent, hanc naſci lætitiam, quòd tuis ſuſtineri humeris pro dignitate patriam, judicaret; cum tuæ flore ætatis eam virtutibus refloreſcere, & iuventæ vigore ad egregia queque opera roborari exiſtimaret: atque adeo Summus Pontifex eligere alium non debuit: ideo ſuarum heredem virtutum non in ſua gente quæſivit, ſed te Neapoli, Neapolim tibi dedit, atque ipſo ad triregnum electo, ne de tanti paſtoris jactura populus quereretur, dignitate ſucceſſoris, qui tantum impleret munus, hoc evenit: ſimul Apoſtolicus nuncius ad Helvetios, ad Poloniæ Regem, ad Leopoldum Cæſarem,

ſimul

ſimul Cardinalis Princeps, modo Capuanus Archiepiſcopus, deinde Archiepiſcopus Neapolitanus, & conſors Pontificiæ poteſtatis ad omnia altiſſima queque munera, cum efficaci poſtulatione merita contenderent, ſimul perveniſti, & cum magna vis, & honorum frequentia, quis eorum teneret primas, certarent, tu ex tot meritorum prerogativis nihil tibi arrogaſti, quamvis generis claritatem virtute ſuperares, nihil ambitionis opera, nihil alienis fretus favoribus machinatus, niſi quod meruiſti, & parendo merita cognoſcenti non reluctatus es, & ad honores obſecundando gradum tibi, ut aſcenderes altiùs, feciſti; cum procul eſſes, & neſcires, quid fortuna tuis innixa meritis tibi pararet, fortuna, inquam, que cum malè ſæpenumerò dividat, pro te fuit juſta meritorum æſtimatrix; eras parpuratus

pa-

pater, eras Archiepiſcopus Neapolitanus, & te latebat, eras in omnium ſententia, & in omnium animo, qui tibi deberi ante tempus electionis, ſecum reputarent; at qua modeſtia tuam temperaſti poteſtatem: Cardinalem, & Regni Primatem te veneramur in purpura, & inſignibus, at quia exemplo, labore, providentia primus es, te Archiepiſcopum adoramus: quare cum Eminentiſſimus voceris, admonemur, quòd ſic merueris appellari, nec tibi aliud ex illa ſucceſſione ſumpſiſti quàm ut dignum tanto anteceſſore te gereres; nec ſiquid eſt in ſuprema dignitate commodi, aut animi ralaxationis te captat, ſed divina te miniſteria ad eam aggrediendam adegerunt: ſumpſiſti curam gregis & quidem pulcherrimi, & voci paſtoris obſequentiſſimi non utilitatis gratia, ut plurimi, ſed ut omnibus ſervires: ſciebas enim, ut

C es

es humanioribus literis eruditus, magnum imperium magnam eſſe ſervitutem: nulla neceſſitudo te ad elargienda compellit beneficia; ille, qui eſt optimus apud te digniſſimus eſt, cui Petri patrimonium eroges: boni evehuntur ad meliora, mali deteriora timent, nemini in oblivionem abſentia, nemini in tædium præſentia tua degenerat, agunt gratias præſuli ſuo quibus datum eſt quod rogaverunt: inconſideratis non armantur querimoniis qui juſtè ſibi negatum eſſe ſenſerunt; quamobrem multa decòra doctrinæ, & vitæ ſplendore nomina è clade oblivionis erepta reddita ſunt hominum memoriæ; & fauſto famæ rumore nobilitata favorabili noſtri purpurati Principis opera, cuius eſt, ut nobilitatem exiſtimatione, & beneficiis tueatur; hinc iuventus ſeſe erexit ad aggrediendum quid quid Antiſtes ſuffragio ſuo, & laudibus

bus

*bus commendaret: parciùs quidem te-
cum egit natura,& magnæ tuæ domus,
uti cum ſummatibus eſſe conſuevit,
invida virtuti, cum illam ſucceſſori-
bus non cumulaverit; ſed tu illum a-
doptas ut conſanguineum, quem eſſe
virtutibus ornatiſſimum, conſtat; nec
tuarum hæredem virtutum intra do-
meſticos parietes ſcrutaris, ſed cum
aliqnem eligere oportet omnia mente
percurris,& per viros fide dignos cir-
cumſpicis: non à ſanguine, non ab a-
micitia, ſed à virtute impetras quem
velis, & illum tibi conjunctum judicas
quem Deo acceptiſſimum reperias, nec
tantum animadverſione in pravos aut
præmiis in rectæ vitæ cultores ad me-
liorem frugem revocas juventutem:
quantum cognitione uniuſcujuſque
meritorum; cum quidquid à tibi ſubie-
ctis fiat te noſſe profitearis; adeoq; ſa-
tis præmiorum ſuæ vitæ quiſque ob-*

timuiſſe putat, illibatum Principis judicium: nec illud in tuum inducis animum, quaſi tuæ ſatis conſcientiæ facias, ſi miniſtros, ut ut erunt, idoneos populis præfeceris; ſed omnia, doctrinam, mores, famam, virtutes, naturales quaſdam prærogativas vocas ad examen. expecta igitur à Deo optimo rerum æſtimatore dignam divina providentia remunerationem, ut, cum meritos domus ſuæ altaribus impoſueris Miniſtros, domus tuæ dignis in poſterum ſucceſſoribus copiosè prouideatur. Non ex orationis duxi dignitate, majores tuos ex adytis antiquiſſimæ ſtirpis Cantelmæ, hic quaſi in aciem educere, Jacobos, Reſtainos, Joſephos, Joannes, Bonauenturas, Romaninos, Bertrandos, non ſemel ac iterum, ſed ſupremos, & generales perplurium regiorum exercituum ductores, & proreges, regnorum egregios,

qui

qui fama ſua, & victoriis impleverũt Europam, & in quamplurimis feudis oppidis, ac Ciuitatibus dominabantur; & Jacobus quidem, & Reſtainus uterque fuit Romæ Senator, & anteceſſores in hoc munere Regem Cypri, Hungariæ Regem, & ipſum met Carolum Andegauum Regem Neapolis ſortiti ſunt, nam etiam Reges ſingularem hunc honorem ambientes tunc faciebant quam maximi: quia unicus, & in tota Italia præpotens erat Senator: quis enim neſciat tuæ genti ad orbis terrarum ſplendorem Heroas omni hominum memoria non defuiſſe: quod erat curæ pretium ex totius familiæ choragio decerpere ſummatum encomia, ut locum occuparent, qui tuarum obſequio virtutum deberetur; & huc afferre, quod familia Cantelma trecentis annis ante corporati numinis adventum in Scotia regnarit; è Scotia

in Galliã tranſierit, ubi oppidis, & Civitatibus plurimis imperitavit; è Gallia in Italiam transgreſſa, indulgente militari eorum virtuti præſertim in Manfredana victoria Carolo Andegavo, in multa oppida, & Civitates, cum imperio fuerit, nec enim altius repetenda ſunt, quæ domi tuæ naſcuntur: cum ex inclyta illa fortunatorũ nemorum arbore Cantelmæ gentis, neſcio an invenias ramum tuæ domui parem, certè non inveni florentiorem, qui uſque adeo fuit bonorum prouentu ferax, ut D. Andreas patruus tuus pro heroum chiliade habendus ſit, qui cũ urbes, & arces bellicoſius expugnaret (a) *mathematicus, probatæ vitæ exemplo hoſtes ad ſua juſſa trahebat catenatos; dum in ipſo, cum matheſeos diſciplinis vitæ certabat integritas, ſupremus in Belgio æneorum generalis rector tormentorum, &*

ge-

a *Erat mathematicis apprime eruditus.*

generalis in catholico armorum fœdere tribunus militum, maximus militaris campi magiſter, à bellicis conſiliis apud Ioannem Auſtriacum, ac excedente è vivis Infãte, inter triumviros à Philippo IV. coſtitutus, qui ſummo cũ imperio Belgium obtinerent: quin etiam liberalitatem, cum nobili genio, & fideli regis ſeruitio conjungens, ubi res, & temporis ratio poſtularet, de ſuo regium ſuppleuit ærarium, ut exercitum ſuſtentaret, & poſt victos hoſtes ſe ipſum quoque in expectatione hominum ſuperaſſet, niſi mors inimica ei manum injeciſſet; nam cũ ſublimiora pugnaci, & generoſa indole minaretur, qua ad ſectãda majorũ decora impellebatur, jam rector generalis exercituum, ductor copiarum præſtantiſſimus, & Gothalaniæ prorex, dum ad præclariora deſtinatus in Navarræ regimen accerſitur maturus imperio, & victorijs dum Barcino-

ne

Digitized by Google

ne cogitat excedere ſato ceſſit: at vivit frater tuus germanus D. Reſtainus olim Chiliarchus militaris campi magiſter tribunus militum, & prælian-tium exercituum inſtructor generalis in Belgio, nunc in Regno Neapolitano ad tuæ domus, & gentis decus ſupremus æneis tormentis præfectus.

De parente tuo Fabritio Pector ani Principe plus ſatis ſit dicere, quod aurea eques clave honoris templum, & gloriæ januã poſteris patefecit. Sed quid majorum heroam, & admirabilem ſeriem tuorum inquirendo ſtylum ulteriùs exerceam? cũ de tua ſtirpe conſtet, omnes in ea naſci Porphyrogenitos.

Em. Veſtræ

Humillimus, atque omni obſequio
Addictiſſimus Servus.
Canonicus D. Octavius Cappella
Authoris nepos.

AD PURPURATUM PATREM

D. JACOBUM CANTELMUM.

Commendat Sapientiam Principis, & modeſtiam.

QUamvis egregiæ virtutis fulgura celes,
Aut umbra, aut velo non valet illa tegi.
Gratiùs at mittit virtus celata nitores.
Sol ut amabilius nube tegẽte micat.
Sic Virtus aut quos tibi debet ſanguis honores
Summo dum meritæ ſortis in arce premis.
Exturbat ſi mẽte ſuos fortuna cliẽtes,
Poſt te Fortunæ cogis ut axis eat.

AD

AD EUNDEM.

Cum Purpura inſignitus ſalutaretur.

GRatiùs illa dies riſit : cum Roma juberet,
Altũ te dibaphæ veſtis habere decus:
Cumque novo Petri fulſiſti Cardine templum,
Ac impleſti aulam ſplendidus Urbis amor.
Te veſtire roſis igitur ne Purpura ja(ſet,
Exornare tuũ ſit quaſi nata caput,
Purpura maiorum tibi ſanguine miſſa; ſupremus
Hic honor eſt Regum, ſed minor eſt merito.

AD

AD EMINENTISS. DOMINUM

D. JACOBUM

CANTELMUM

Archiepiſcopum Neapolitanum.

THEATRALIS ARENA,

Ubi Mors Faſtum ſuperat, & calcat.

ODE I.

In Concionem I. cum Vates primo Cineralium die ad magnificum fle-
cteret oculos ſepulchrum.

Memento homo, quia pulvis es, &c.

QUot ſceptra hic tumulus premit!
Aut quot Pontificum abſorbuit inſulas!
Quot Regum diademata,
Quot ſpes Imperiorum hauſit! inutili

Bernini, ut video, manu
  Huic inciſa nitent ſtemmata marmori.
At quid Gloria cautibus
  Conteſtata juvat, ſi dominus jacet?
Vivit Gloria, vel perit,
  Si vivat dominus, vel pereat: procul,
Hoſpes, tu lapidem move;
  Ut poſſim è tumuli margine cernere,
Luxu, & tabe fluentia
  Quot magna hoc clypeo nomina ſe tegant;*
Atque hæc firma volubili
  Opponant tacitè marmora tempori:
Fruſtra: ſi nigra vermium
  Membris incubuit purpureis cohors:
Quamvis funera ſplendidum
  In Mortis niteant ludibrium, breve
In luctùs pretium, at gravem
  In luxùs cumulum; dum radiantia
Auro tegmina ſutili
  Inſultant tenebris. aſt ubi me pavor!
Et quæ me rapiunt mihi
  Umbrarum horrida ſpectacula! penſilem
Mors viſum mihi detinet:
  Blattæ luxuriant ſtragibus oſſium:
Ter-

* *Circa ſepulchra nos quoque philoſophemur, & videntes oſſa nuda, & humanam naturam corroſam, inter nos diſputemus, dicentes: En quid tandem ex nobis fit.* D. Jo: Chryſ.

Hæc philoſophia frequenter in Scholis deſcribitur, ſed frequentiùs proſcribitur. Petr. Bleſ. Ep. 16.

Terrent pectora parietes:
  Sordeſcunt adeo ſaxa vaporibus,
Et putore cadaverum.
  Hic deroſa gemit purpura: ſordidus
Aulæ byſſus edacibus
  Illic regificam dat tineis dapem:
Extra ſed cineres viri
  Nullius video fulgere verticem.
Regum laurea crinibus
  Languens immoritur: quin chlamydū nitor
E dorſo procerum cadit,
  Ut coſſis valeat ſternere culcitram. (a)
An ſit penula pauperis,
  Ignarus dubites, an toga Principis.
Et tantum ſupereſt fides,
  Nobis frigida quam marmora ſuppetunt:
Dum Sceptra unguibus excidunt,
  Quamvis hic fuerint prenſa tenacibus.
En quò munera decidunt
  Fortunæ cupidis rapta clientibus!
Oſtrum, quo calet ambitus,
  Quod corda illecebris perfida faſcinat,
Aurum, pectora vel male
  Urit luminibus; palma potentium
Forti debita brachio;
  Dux, armata cui Gloria militat,
Ac in prælia geſtiens
  Regnis exitium deſtinat improbo.
Supremæ radio manus

(a) *Coſſus eſt vermis in ligno editus.*

Sunt termis datus in ludibrium cinis; (*a*)
Ludus, pulvere quem ſuper (*b*)
Deſcribunt pueri ætatis in otio:
Almæ fulgur adoreæ
Nec magna è tenebris nomina vindicat.
In limo quid agis? gravi
Cur hic Regna manu dividis? ah ferox
Princeps, ſi bene computas,
Fucatam fragili corpore quam geris,
Terra eſt mobilis, hanc rege: (*c*)
Sunt monſtroſa tuæ nubila machinæ,
Quæ toto temerè volant (*d*)
Ventis rapta polo, culmina montium.
Credas, agmina militum
Vel latura ruinam urbibus ultimam,
Sed mox diſpereunt: tui, (*e*)
Sunt ignis fatui flamma, cupidines,
Serpit vivida, & imprimit
Æthræ lucida veſtigia, ſed putat
Cum terram utere, tunc petit.

Pol-

(a) *Termus vermis eſt è carne naſcens.*

(b) *Hac eſt humana vita, puerorum ludus in arena: arena eſt ambitio, arena potentia, arena diuitiæ.* D.Greg.Nyſſ. in Cant.

(c) *Terra eſt, quam portas, rege eam:* D.Aug.

(d) *Hæc quaſi ſtantia arbitrati ſunt, & manentia, & non quaſi fugientia, hoc eſt avolantia.* D.Jo: Chryſ. hom.2. in Geneſ.

(e) *Cum excreſcit, ut appareat., creſcendo peragit, ne ſubſiſtat.* D. Greg. l.16. Mor. c.5. de ſpuma.

Pollet non ſtabili Regia culmine,
Et ſceptro eſt timor altior:
Et tantum hic ſupereſt exiguus cinis,
Pugnum quem capiat, cui
Inſcribas digito. pendite, deſinant
Quò tot Centimani Gyges,
Poſtquam veſtibulum terruerint Poli;
Et quò clauigeri Hercules
Decreſcant; rapida poſt ubi dexterà
Et terram, & mare verterint.
Quæ ſuccenſa micat mitra adamantibus,
Romæ, Purpura, Cardines
Quæ veſtit, niteant Regibus ut pares;
Trino ſub diademate
Orbem, Pontificis ſyrmata, quæ tegunt:
Nitens imperium Polo
Sunt vmbræ, radiis quas redeuntibus; (a)
Titan diſſipat æquore;
Sunt formoſa avidis ſomnia mentibus; (b)
Sunt phantaſmata, futilis (c)
Quæ ſe per ſpeciem luminis exhibent:
Primæ lucis at exitus.

(a) *Omnia umbræ erant, & præterierunt.* D. Jo:Chryſ. tom. 5. hom.

(b) *Omnia illa nihil, niſi nocturnum ſomnium fuerunt, apparente die, evaneſcent.* D. Jo: Chryſ. ibi.

(b) *Pulchri naturam ſomniant.* D. Clem. Alex. l. 2. Strom. c. 10.

(d) *Morte quotidie docemur, qualia futura ſint plantaſmata.* D. Jo: Chryſ.

Ut vanis animum fraudibus eximit,
Sorti reſtituit ſuæ
Illuſos hominum noctis in otio.
Enatæ procerum cuti:
Inſultant cupidæ funeribus feræ.
Hæc quæ crapula murium!
Hæc quæ nobilium ganea vermium!
Heus tu, mœſte puer, tuis (*a*)
Percaros oculis divide pulveres,
Ac oſtende parentium.
Per ſex luſtra feris membra voracibus:
Attrita, & mihi, ſi potes,
Tot fàmoſa virûm corpora ſegreges:
Enutrita fluentibus,
Laté deliciis, ſplendida veſtibus,
Tinctis ſanguine ciuium.
Nil præter putridum eſt cernere pulverem,
Et quas nectit Araneus: (*b*)
Dum telas, hominum præbet imaginem.
Vitæ, ſordida viſcerum,
Quæ ſemper fragili ſtamine texitur.
Attolle hoc cranium, & vide
Num leges populis ſub diademate:
Sanxit, ſcita jugalibus:
An bobus lacero ſub petaſo dedit?
Primà dormiit in Roſa,

An

(a) *Oſtende mihi patrem, oſtende mihi uxorem; ubi eſt ille princeps aureis indutus veſtibus, &c.* D. Jo: Chryſ. hom. 49.

(b) *Araneæ erant, & laceratæ ſunt.* D. Io: Chryſ. tóm. 5. hom. in Eutro.

An duro domuit corpora ſtramine?
Num ſcis, hoc, age, brachium,
Cui roſa à tineis hæret adhuc cutis,
An ſit militis, an ducis?
A ſceptro illa manus regia claruit,
An de vomere calluit?
Quis ſcit? frugiferum ſtringere ſarculum
Suevitne, an gladium hæc vola
Diſtrinxit trifido fulmine fortiùs?
Huc, faſtoſa protervitas,
Accede, & radium ſurripe ſtemmatis
Quos jactas, procerum, è quibus
Hauſiſti nimios ſanguine ſpiritus,
Qui nunc pulvis, & umbra ſunt.
Fulget præcipiti Gloria fulgure;
Et ſplendeſcere cum flagrat
Inſtar ſidereæ lampadis, ociùs
Languet, quò micat acriùs:
Et vos, dum pietas auribus exulat,
Huc divertite, divites,
Attentaque ſimul pendite palpebra,
Hic an fragmina luceant
Auri, quod pavido pectore liberis
Quæſivere diu patres.
Huc greſſum pueri ferte, ſuperbiam
Formæ, & frangite crinium
Luxum tortilium, tollite corporis
Pulchrum dedecus, & ſinu
Hunc pleno Cyprinum ſumite pulverem
Adverſum Veneri, movet
Et qui luxuriæ tædia pectori,
Pravorumque cupidinum.

Evel-

Evellit ſtimulos ſenſibus, à nefas
Ut cauti retrahant manùs;
Ac ſolis digiti credite tactibus,
Et quis Marte ſciet ſuo;
Vivarum reliqui quòd cineres tegant
Prunarum cumulos, cinis
Hic ignes calidi pectoris enecat.
Ultrices animæ, genus
Offenſæ impatiens, bile quibus jecur
Semper præcipiti tumet,
Qui ferro maculam vindice raditis,
Si vox abſona vos petat:
Hoſtili aut lavitis ſanguine, ſi nota
Fronti turpis adhæſerit;
Verſate oſſa, feræ cædis amoribus
An vel nunc caleant, facem
Servent, quæ domini pectora torruit;
Diræ faucis hirudines,
Huic hauſtum cineri reddite ſanguinem.
Spirantes Venerem nurùs,
Tanto ſub cumulo, quærite, pulverum
Scintillà an miciet ignium,
Quos per capta virum pectora ſpargitis,
Ac accendere diſcite
Iis pectus facibus, quæ ſuper Æthera
Ducunt; hoc cinere & vitrum,
Aut ferrum tepeat, torquet in annulos
Cultas quo mulier comas,
Aut has cogit uti ſerpere vipera,
Fronti ſi velit addere
Ornamenta, quibus non tenebrę invident;
Nec ſordent data funeri:

Et

Et ſuprema regit pectora qui Decor,
Et quæ mentibus imperat
Linguæ plauſibilis gratia, Perſicas
Jactans divitias domus,
Regnorumque brevis pompa relabitur
In conſortia pulverum.
Sed jam de tenebris prodeat auream
In lucem hic animus: ſatis
Mœrorum, & lacrymarũ hauſimus, hoſpites.

Extorris è Chriſti Regno Fides.

ODE II.

In Concionem II. die Iovis poſt Cineralia.

Non inveni tantam Fidem in Iſrael,
Matth. 8.

E Menſis Latium Alpibus,
Et pulchra Italiæ littora qui tenes,
Huc te Francia reddidit,
Huc Hollandia te miſit, an Auſtria?
Ut Romam in patriam feras;
Cui pleno Pietas divitias ſinu
Quantas fundat opes Deo,
Narres, & procerum munera divitum:
Qui dum pauperiem beant
Claras tergeminis luminibus domos
Inter ſidera collocant.
Splendentes viden ut tæda movet comas?
Aræ cornua dum ſuper
Ardet corporei Numinis in decus?

Ædem

Ædem ut marmora veſtiunt,
Quæ famoſa probat de maculis nitor!
Ut dempſit ſibi brachium,
Hoc ut prompta tholo ſubderet Africa!
Auro tegmina ſutili,
Serum ſaxa nitent ſparſa laboribus:
At quæ texta gerit nurus
Luxu, barbarico more, fluentia,
Uultu dum Pudor exulat?
Ut proſtat genio prætereuntium
Colli vendibilis decor? *(a)*
Audent ut radiis lumina mollibus
Laſcivire? minax Deus.
Aram fulmineo corpore dum tenet:
Hoſpes, dic ubi ſit fides?
Si tangenda genu templa laceſſimus;
Nec certare comis piget,
Cum præſtaret humum verrere crinibus:
Oſtentas mihi, ſpiritum
Si plæclara Fides traxerit è Polo:
Feſtu quæ Pietas tumet, *(b)*
Non eſt digna Poli ſcandere culmina:
Omnis Relligio perit,
Si tantùm veterem jactat originem:
Immortalia traditam
Ni pergeſta Fidem mox animes; nova
Sunt fomenta ſuperbiæ, *(c)*

Quæ

(a) *Gratiam decoris cultus ſocietate proſtituūt.* Tert. l. de cult. fœm.

(b) *Faſtum Relligionis.* D. Iſidor. Peluſ.

(c) *Fomentum ſuperbiæ.* D. Fulg. Ep. 2.

uæ divina Fides dogmata te docet.
inus Fidei nitor
itæ eſt opprobrio, non decori, Fides
e ſi tua diſcrepat: *(a)*
l cur vita negat, lingua quod aſſerit?
ndam cur numerat precem
lectrum, Eridani lacryma? plurimæ
etùs adde preci tuos;
Hæc lympha eſt maculas tergere præpotens,
rdis quas vapor aggregat.
Quid geſtare juvat Virginis iconem
emmis undique divitem
Carmeli titulo, virginitas procul
de ſenſibus exulat?
Gemmis ipſa tuis præniteat Fides;
ctis nec tua, ſplendidè *(b)*
Mendax, diſſideat lingua, Fides erit
erna pulchrior Iride,
Primi lucidior fulgure Sideris.
egem regia non chlamys, *(c)*
Fortem haud zona probat gemmea militem.
umen corpore præditum
Olim cum radians Sphæra reconderet,
Quam Sol invideat, nefas

Pa-

(a) *Quis enim dubitat in eius ſpiritu Fidem veritatis habitare, in cujus vita videt Fidei habitare virtutem.* D.Paulinus.

(b) *Qui conſitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.* D.Paulus ad Titum.

(c) *Indumentum virtutis actio eſt.* D.Jo:Chryſ. hom.10. in Matth.

Paganis vel erat cernere: viderat
Chriſti ut cultor Olympia,
 Miſſo ſic fidei nomine, mox ſacris
Arcebatur ab Ædibus:
 Nunc Jeſu ad ſolium fervere libera (a)
Bacchanalia plangimus:
 Ac inter querimur templa licentiam,
Aut dignam Veneris tholo:
 Saturni aut mutilam ſumere ſyntheſim;
Ec ſi deliciis Paphos,
 Ludis diffluerет Roma Decembribus.
Ergo quid Latium ſtrepit,
 Si Germana vocat Relligio Dei
Contemptorem Italum? ſilent, (b)
 Cum delubra Arabes tangere geſtiunt;
Immanes hominum pudet
 Aras ante Jovis ſtridere Tartaros;
Nugis nos genialibus, (c)
 Pravarumque jocis plaudimus artium;
Nec præſentia Numinis
 Abſterret vetitis ora furoribus.
Tortas turbinis in modum (d)
 Cur vittas capiti non adhibes, gerit
Quales implacidus Scytha,

Ma-

(a) *In templis adulteria componi, inter aras Le-nccinia tractari.* Tertull.c.1. Apol.

(b) *Itali Dei contemptores. Germ. cum veniunt in Ital.*

(c) *Fidem converſatione dedecorantes.* Teophil. Alexand. Ep. paſ. 12.

(d) *Vulgo Turbante.*

Mamethis fidei ſi neque diſſident
Mores. dic ubi ſit Fides?
Exucto veniens Tigris ab ubere
Divinam ferus in dapem
Donatiſta canes miſit; & impio
Quam pulſavit equo Gothus,
Judæus ſtolido fodit acinace,
Monſtrum deterius: ſcidit
Calviniſta truci turbidus ungula,
Noſtri bellua temporis,
Qui per ſacrilegum perfidus ambitum
Eſt infamia ſæculo,
Hoc ferri poſita duritie foret
Quamvis moribus aureum.
At nos emeritis criminibus graves
Immanſuetiùs Hæreſi
Aras perdidimus, moribus & Deum
Averſamur; amantium
Dum divina furor ſpernit, & obvio
Coniux hinnit adultero (*a*)
Cum vir ipſe preces miſcet amoribus; (*b*)
Nec tot ludibriis tholi
Judæum puduit vincere, nec Gothum;
Spectat dum populus frequens
Tot probra; ah nimium Chriſtiadas ſuæ

(a) *Equi amatores, et emiſſarij facti ſunt unuſquiſque ad uxorem proximi ſui hinniebat.* Hierem.5. c.8.

(b) *Creberrime aut in oratione mea per porticus deambulo, aut de fœnore computo, aut adductus turpi cogitatione etiam qua dictu erubeſcenda ſunt gero.* D.Hier.dial.adverſ.Lucif.

Fidentes Fidei! Scythas
  Fœdat luxuries perdita Barbaros,
Nos laſcivia macerat:
  Latè jura ferunt aſpera Barbari,
Nos injuſta coquit ſitis:
  Fractæ ſunt fidei nomina Barbari,
Et nos vana fides tenet:
  Sed templi in medio barbara vincimus
Ruptis crimina legibus;
  Dum ter ponit humi *(a)* Marmaricus latro
Labris ora trementibus
  Arcam ponè Mameth, & ſilet, & pavet:
Melchitaſque madentibus
  Inviſunt oculis Maurus, & Æthiops:
Nos rumoribus ebria
  Huc illuc cupidi lumina vertimus:
Ex aræ ſolio ſcelus
  Inſpectante Deo, fulmina qui manu
Oppreſſura nefas librat
  Indutus trabea corporis. excute
Hoſpes, dic ubi ſit Fides?
  Si truncat Lacheſis ſtamen *(b)*, & immemor
Su-

(a) *Deorũ licet falſorũ non fallaces cultores, ſed veraciſſimi etiã juratores.* D. Aug. l. 1. de civ. c. 23.

(b) *Si quẽ de tuis caris mortalitatis exitu perdidiſses ingemiſceres dolenter, & fleres, facie inculta veſte mutata, neglecto capillo, vultu nubilo, ore deiecto indicia mœroris oſtenderes.* D. Cypr. de lapſis ad fœm. de caſt. faſtigio prolapſam.

(b) *Audite me, fratres, Chriſtiani ſumus, et tamẽ ſi filius cuiuſquam moriatur, plangit illũ, tunc erat plangendus, cum peius mortuus luxurioſè viuens quàm moriendo luxuriam finiens.* D. Aug. in pſ. 37.

Sublimis iuvenem indolis
E' terris jubet erumpere puberem,
Vitaliſque parentium
Extinctis moritur riſus amoribus,
Feſtinantia quò trahunt
Si natus ſequitur fata, nigrantibus
Formidanda coloribus
Lentis protrahimus ſyrmata greſſibus,
Vultu triſtitia eminet.
At ductus puer in caſtra Cupidinis,
Cui Suſpiria militant,
Et lapſis Macies pallida viribus,
Rapto virginis oſculo,
Inceſtæ Veneris furta paciſcitur;
Arrham nec ſcelerum times, *(a)*
Et baccari avidam ſic temerè ſinis
In nati exitium luem:
Heu virus jecori callida baſio *(b)*
Hæc Dama, aut Caprea indidit; *(c)*
Is dum lethifero *(d)* lambitur oſculo,
Rides, nec tremis, & vides
Stirpem arere tuæ tam vegetæ domùs;

(a). *Oſculum eſt arrha peccati.* D. Euſeb. Emiſ. de init. qua.

(b) *Oſculum eſt oſtium criminis.* Idē de init. quæ.

(c) *Capreæ lambunt arbores, & lambendo exiccant, et cum illas oſculari videntur occultum venenum infundunt, quo pereunt.* Plin.

(d) *Eſt omnino mortuus, & à ratione tanquam à ſpiritu ut cadaver relictus.* Cle. Alex. l. 2. pæd. c. 7.

(d) *Quid ſunt perfidorum corpora, niſi quædam defunctorum ſepulchra.* D. Ambr. l. 6. offic.

Immo addis ſceleri joca.
Cur ſervare cutim,(*a*)dum ſanie tumet,
Gaudes Barbarus! i, manu
Non parcente, (*b*) ſinùs pandere vulnerum
Aude,frange mali impetum;
Nec fatale ſciens virus in oſſium
Linquat dextra receſſibus: (*c*)
Ne tabes animam præcipitis gravi
Caſu corporis opprimat: (*d*)
Æternùm vt Patriæ finibus exulet.
Hæc eſt, Paulus ait, fides? (*e*)
E heu cur geminas, dure,pericula:
Audax fœdere noctium
Involvas tenebris crimina, temporum
Sub caligine deprimas,
Altè defodias, turris ahenea
Pinnis undique ferreis
Aſſultum procul exterreat hoſtium;
Longùm crimina non latent;
Non æterna potes fallere lumina;

Spe-

(a) *Neglecta peccatorum vulnera maiora evadunt.* D.Jo:Chryſ. pſ.6.

(b) *Imperitus eſt medicus, qui tumentes vulnerum ſinus manu parcente contrectat.* D.Cypr. de lapſis.

(c) *In altis receſſibus viſcerum virus incluſum, dum ſervat exaggerat.* D.Cypr. ibid.

(d) *Ne conſuetudine peccandi ipſe ſe ſuis ruinis ſepeliat.* D.Aug.ſer.10.Fer.6.poſt Dom.quin.

(e) *Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet fidem negavit, & eſt infideli deterior.* D.Paul.ad Timoth.

Spectat Numen, & in caput
  Iracunda vocas fulmina Numinis.
Nec ſentis! vbi nam Fides? (a)
  Suſpendit paries vividus iconas;
Sed veniſſe Libidinis
  E' regno, aut Paphiæ de Veneris tholo,
Fano ſive Cupidinis,
  Credas: barbaricum cui pharetræ decus?
Arcùs cornua cui gerit?
  Cui vittata Puer lumina, dum ferit?
Quæ regalia dexteræ
  Blandis vulneribus pectora deſtinat?
En totus ruit in Jovem!
  Quid tutum eſt homini, numina ſi petit?
Illibate, Pudor, tremas:
  Quæ ſpectacula? cui capripedes chorum
Cum nymphis Satyri parant?
  Et ſicut nebulæ ſideribus, novum
Addunt virginibus decus:
  Sed formæ ut doceant munere virgines
In vitæ opprobrium frui:
  Quid poſcit Veneris riſus Adonidem?
Cui propinat Amyſtidem
  Bacchus Threiiciam, cuius ab alitu
Aer marcuit ebrius,
  Circumſepta hederis tempora qui gerit,
Verſat dextera Maſſicum:
  Ut ſic ebrietas tradita Numinis

(a) *Qui aliquo dolore pũguntur, ſicut doloris ſenſu non carent, ita etiam non carent ſanitatis profectu: ubi enim doloris eſt ſenſus, ibi & ſenſus eſt vitæ.* D. Ambr. apol. 1. de Dav.

Nutu pocula conſecret: (*a*)
Non has relligio poſcit imagines,
Quam juravimus Ætheri.
Paſcit cur oculos hinc Maria, hinc Venus?
Quid commune Cupidini, (*b*)
Et Jeſu? tabulas demite parieti
Execrabilium labat
Qui preſſus ſcelerum pondere, barbaram
Et frœnate licentiam,
Quam laſciva ſibi palpebra vendicat:
Fœdam tollite, ſi pudet,
Pompam dedecorum: deerat hoc: deùm
Arridere libidini,
Ac tot criminibus plaudere gentium;
Hinc Actæona fervidi
Sectantur catuli, qui ſequitur feras
Dum fit præda Cupidini:
Nam furtim ante videt; mox cupidis amat
Indulgere oculis, natat
Dum Diana ſuis cincta ſororibus.
Hinc deſcendit in aureis,
Dum diſſolvit amor, Iuppiter imbribus,
Implens luxuriantibus
Ignarum Danaes divitiis ſinum:
Ut ſic de vitiis tuus
Et de fæce puer neſcius hauriat;
Ac in perniciem domùs
Imbutus tacitis creſcat amoribus.
Si Gentilia numina

Pro-

(a) *Deũ deprędantes*. Cle. Alex. in adhor. ad gẽt.
(b) *Juxtà filium Virginis ponunt idolum Veneris.* Petr. Bleſ.

:obroſis video viva coloribus
ſpirare libidines:
rgo luxuries regnat in ædibus,
dola colit domus,
c impunè palàm quæ poſuit deos.
anum trivialia (a)
lutaviſſe pudet numina,& æthnicus
nceps ponè ſuos Lares
Ion Jeſu, aut Mariæ collocat iconas.
nſtuprata coloribus
;ui Chlorinda genas jactat,(b) & ut Dea
is plaudit amantium!
;ervicis teneras(c) cui referat nives,
:ors hoſpes vt ardeat!
;ui deprompta tumēt vbera! (d) cui ſtudent
lorare modeſtiam
rmida,Erminia, & nomina fabulis (e)
:ſtata ſuis, tener Quas

) *Pagani in triuio deos colebant.*
a) *Tranſite ad inſulas Gethim & videte,& in ar nittite,& conſiderate vehementer,& vide- ſ mutavit gens deos ſuos, & certe ipſi non ſunt , populus vero meus mutavit gloriam ſuam in lum.* Ierem.c.2.n.10.
b) *Infidelis erga faciem ſuam.* Tert.l.de t.c.23.
:) *Apud eas tota impuritas vocatur urbani-* . Minut.Fel.in Octa.
d) *Neceſſe eſt ut publicatione ſui periclite-* . Tert.
e) *Hi ſunt fabuloſi ſpiritus decoris.* D. Petr. m.ſer.47.

Quas diſcat (*a*) capiens intuitu puer!
Jeſu dic vbi ſit fides!
Eſt ſi parta fides æthnica moribus.
Chriſto credis, & haud times,
Credis, nec pavitas tela minacium
Inter murmura nubium
Quæ librata caput ſacrilegum petunt:
Dic ſis barbarus, an furens? (*b*)
Aut de mentis amor te poſuit ſtatu?
Aut non credis! ad Inferos
Calles quæ maneat flamma cupidines;
Implacabilis hæreat
Quæ ſemper manibus pœna rapacibus;
Credis, ſed ſcelerum tenax (*c*)
Monſtras te minimùm credere Numini.

Ho-

(a) *Affectatus decor faſcinat oculos intuentiũ.* D. Hidel. ep. 34.

(b) *Chriſtianus nomine dealbatus.* Tertul.

(c) *Minatur Deus æternum malum, & non facis bonum: vnde piget, niſi quia non credis?* D. Auguſt.

Hoſtem amando vincit.

ODE III.

In Concionem III. die Vener. poſt Cineralia.

autem dico vobis, Diligite inimicos veſtros. Matth. 5.

Alcatâ truculentior,
Ardet cum Libycis ſolibus, Aſpide,
mvis ſanguinis appetens
ıtè tela vibres intrepidâ manu,
x Numinis edocet,
rri lege mori qui gladio ferit,
cædis cupidam tuæ
ıomphæam fugies Mortis, iter ſibi
per funera divitum
ernit, magnanimis uncta cruoribus.
ıuàm benè Martiis
vunt indociles fidere viribus,
î memores habent
ſt aurum chalybem; temperat hoſtibus
ıoſtis, & exedit
bigo gladium lædere neſcium;
ımane ſcelus, ſui
nſortem generis fundere ſanguinem;
ıartæ pariunt hero
:hùm divitiæ; gemma nec hoſpitem
t ſplendida divitem;
ſpes nec nitido fidit acinaci.
s magna, tenacibus
am Natura animis indidit; hæc jubet

Par-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Partiri oſcula civibus,
    Cognatoque docet parcere ſanguini.
O quiſquis cupit efferos
    Mores, atque ſitim frangere cædium,
Optet ſi patriæ pater
    Extolli ſonitu prætereuntium, &
Circum tempora civicam
    Frondem conſpicuus texere gaudeat,
Ultra limen Amazonum
    Spargi non meriti ſanguinis audeat
Amandare libidinem.
    Cum vindicta quatit pectora; tardior
Motus magnanimum decet. (*a*)
    Veloces nimiùm lædere dexteras
Mus, & Veſpa remordeat. (*b*)
    Hoſtem Marmaricus deſpiciat Leo,
Sperni poſt ubi ſenſerit
    Quod Natura feris impoſuit caput:
Magnis ex animis procul (*c*)
    Obvallata minis ira remugiat.
Tot regalia flumina, (*d*)
    Rhenos, Eridanos, Danubios vides,
Quàm

(a) *Motus tardus magnanimi viri eſt.* l.3.Eth c.3.

(b) *Fodicare, & mordere formicæ eſt, & muris.* Plut.l.de non iraſc.

(c) *Procul à magnis animis cupiditas ultionis:* Tit.Boſtr.in Bibl.Patr.

(d) *Nihil quicquam magnum eſt, niſi quod ſimul & placidum.* Senec.

(e) *Altiſſima quæque flumina minimo labuntur ſono:* Curt.

n tenui trepident ſono;
ıgnis Oceani fluctibus altiùs
entes minimi ſonant,
actus præcipitat cautibus ut latex.
lum pectora quæ tenent,
on à bile tument præcipiti, licèt
probra remurmurent:
ultu dicta vibrans hoſtis inhorreat,
pargat tumidus minas:
ſtar nobilium limpida fluminum;
muto exiliunt pede,
ec ſpumoſa ruunt, nec ſubitarijs
antur ab imbribus:
uamvis nimbus aquis fulmina miſceat.
num pondere quod gemit,
Ion firmo ſatis eſt robore; debilis
, à ſcommate qui fremit,
ıc in promta minax tela rapit manum.
ti credite, poſteri,
is ſenos equites novi ego mutuis
di procatulo ictibus,
Et foedare ſuis arma cruoribus:
id, ſi lege duellica
Victori Æmoniam, vel Lacedæmonem
ınus Græcia poneret,
Quæri plus poterat conſilio, & manu!
ıntùm perfida turbidi
Pollent quæ jaciunt lemmata ſpiritûs:
cordis penetralibus
Chriſtum deleat oblivio, ſi Deus
amethæ patruelibus
Ac non jura ſuis ſanxit; & impius

Bo-

Bodinus fera barbaris (a)
 Si quæ ſcita dedit diſcite, poſteri;
Macchiavellica pectoris
 In ſaxo memoris dogmata ſcribite;
Sint oracula, quæ jubet
 Miles Nobilibus Francus, vt inquinat
Tetros ſanguine codices,
 Quem de Chriſtiadum cordibus elicit
Duris ictibus eloquî:
 Quid Mornæus ait, quærite, non Deus,
Qui detrudit ad Inferos
 Ultrices animas, implacidum genus:
Quid Jeſu ſine moribus
 Nomen dulce juvat, ſi vel eques Tigrî
Getulæ rabie præit,
 Cum rapta uberibus pignora quæritat
Venatoris ab unguibus;
 Chriſtum dum vacuo nomine perſonat:
Regnant cur odia, & minæ,
 Legem ſi populus jactat amantium?
Pardis ſcripta ferocibus
 Non ſunt quæ docuit jura ſuos Deus:
Aut nos in mare Balticum
 Legis ſuave jugum, & nomen inutile
Mergamus, malè ſi piget
 Noſtri edicta ſequi Numinis, & genus
Divinum per hypoſtaſim
 Humanæ ſoboli non ſine Cælitum
Immiſtum invidiâ: aut ferox
 Noſtris ſævities cordibus exulet,

Pu-

(a) *De cauſis vitæ conſilium à fautoribus mortis quæritur* D. Greg. ep. 33.

Puris flagret amoribus
  Ieſu cultor, amans hoſtibus oſcula
Inter brachia reddere.
  Thracum ter ſuperant pectora, ferreo
Tecti tergore, cædium
  Spirantes Itali: ſi neque Numinis
Pars defenſa timoribus
  Inſultantem abigit; dum neque dextera
Sacris temperat ædibus;
  Et mœſtæ immerito ſanguine civium
Aræ ſic temerè madent,
  Cum thure, ác teneris à precibus calent.
I, contunde furentium
  Cæcos luminibus Numinis impetus;
Trux Bellona calentibus
  Quos ſub pectoribus ſuſcitat: Iſrael
Rex, non cernis, vt artibus
  Dignis Rege ſuum demeret æmulum!
Antro dum tegitur Saul (*a*)
  Succumbens trepidâ mente ſoporibus;
Vitæ rumpere ſtamina
  Regalis poterat David, at integer
Abſciſſam chlamydem abſtulit,
  Tuto quam rapiens enſe reciderat:
Rex, ſpathæ, ac cytharæ potens,
  Sunt eliſa tuæ robore dexteræ
Sæuis colla Leonibus;
  Urſis acta fame guttura fregeras;

C A ſa-

(a) *In ſpelunca ſacrificium obtulit Dauid idque admirabile*. D. Io: Chry. ho. de Dauid, & Saul.

A ſaxo cecidit gigas,
Audax terribili ſunda quod indidit
Fronti, miſerat Ætheri
Quæ periura minas: (a) ſed generoſiùs
Vindictæ Genium premis:
Illic ter geminas frangere belluas
Vis heroica geſtiit;
Aſt hîc clauigero fortior Hercule
Suprà cætera vindicem
Euiciſſe cales monſtra Cupidinem,
Quo crudelior altera
Non eſt quæ lacerat bellua principes.

Nullum dæmonem occaſione nocentiorem.

ODE

In Concionem IV. Hebd. I. Qudrageſ.

Cum jejunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus; poſteà eſuriyt, & accedens tentator dixit ei, &c, Matth. 4.

SI perire ſubtimes,
Diſcrimen arce: qui cupit pericla
In-

(a). *Iniuriarum obliuiſci magnificentior eſt victoria, præda illuſtrior, glorioſius trophæum.* D. Ioann. Chryſ.

Incidit, nec effugit *(a)*
  Cadentis ictum, cum ſubeſt, ſecuris;
Pallet ille, ſi feras,
  Quà puluis horret militaris, ignem:
Namque parua, nî caues,
  Scintilla *(b)* vaſtas urbium perurit:
Iſta jure pavimus;
  Occaſionis fomitem *(c)* at geremus
Forma quà ſtat ignea;
  Cæleſtium tantas opum ruinas,
Culpa cum cor occupat,
  Nec expavemus: corda deflagrarint
Cum ſub igne Tartari,
  Jejuniorum occaſione dæmon
Fultus en ut aſſilit
  Jeſu vel ipſi, quid valeret anſa,
Clade doctus urbium!
  At illa virtus opprimi pudendis
Neſcit uſque caſibus.

(a) *Qui pavet cavet, qui negligit incidit*. D.Ber.Ser.ad Cler.l.4.

(b) *Scintilla parva eſt, & pene cum cernitur non videtur, ſed cum fomitem comprehenderit, & nutrimentá ſui invenerit, quamvis parvus ignis mœnia, urbes, latiſſimos ſaltus, regioneſque conſumit*. D. Hier. l. 3. in ep. ad Gala.

(c) *Occaſiones delictorum fomites ſunt*. D. Ambr.l.2.de pœn.c.8.

Adverſa fata (*a*) ſæpiùs ſecundos
Largiuntur exitûs:
Inter pericla (*b*) dum ferit tuetur
Numen à metu ſuos:
Tempeſtuoſus cum tonat Bcotes;
Inter ire vortices
Tumultuoſis dum gemit carina
Verberata fluctibus,
Errore gaudent proſpero (*c*) procellæ
Invenire littora.
Joſephus in ſuum (*d*) furore fratrem
Dum potenter æſtuat,
Reum rapinæ ſtatuit, ut favoris
Detineret obſidem.
In ventre Ceti clauſus eſt ſepulchro
Fluctuante, quàm rate

Fe-

(a) *Quid eſt fatum niſi quod de unoquoque noſtrum fatus eſt Deus.* Minut.Felix.

(a) *Vidimus eventus optimos de adverſitate generari, & fieri ſecundorum matrem occaſionem periculi.* D.Felix Ennod.in Paneg.

(b) *Deum cæca dextera proſperè bellantem.* D.Baſ.Seleu.de Dau.& Gol.or.5.

(c) *Non nunquam & in procella confuſis veſtigijs Cæli, & freti, aliquis portus offenditur proſpero errore.* Tertul.l.de anim.cap.2.

(d) *Reum ſtatuit rapinæ, ut obſidem teneret gratiæ.* D.Ambr.l.2,off.c.16.

Felicior Jonas, (*a*) ſubitque portum
Antequam videt. bene eſt
Quid ni? at Leonis fregit ora Sampſon,
Strangulare nec ſuos
Poteſt amores; hoſtium refregit
Vincla, nec Cupidinis
Gratam reſolvit compedem, feraces
Torruit Philiſtijm
Meſſes, Dalidę perfidis ſed ardet
Involutus ignibus:
Eſt Gloriæ amiſſa hinc ſeges, querelis
Serò ſparſit Æthera.
Sit ille ſaxeus; venuſta franget
Cor loquela pellicis:
Sit ferreus; cum forma ſit decentis
Oris halitu potens
Magnetis inſtar, attrahetur illò,
Phryna quò jubet, manu
Occaſionis raptus, in Barathrum,
Quæ trahit potentiùs
Quam Baal, & Aſtaroth, & Aſmodæus.
Quem latet, quis extitit.
Milo paleſtræ fulmen, impotentí
Cujus è manu Hercules
Non ferret unquàm pignus; at procacis
Dextra Thaidos tulit:

(a) *Jonas Ceto inhiante miſerabilius ſepelitur, quàm præcipitatur; & tamen littus quò tendebat inuenit, ante quàm videat, felix magis ſepulchro, quàm navi.* D. Zeno. Veron. ſer. de tim.

Formidoloſa ſic ſupra virum vi
Corporis fuit, minor
Sed fœminâ vigore mentis. i nunc
Tolle ad aſtra barbarum
Crotoniatæ robur, inſolenti
Nympha ſi rapit joco,
Immanſuetus quod gigas nec audet
Emovere de vola.
Diviſus urbium metu colebat
Belluoſa montium
Jacobus aſtris proximus, protervos
Edomabat unicè
Securus Orci dæmonas, puella
Ducitur per Inferos
Vexata, mox prece, & fide decoràm
Liberavit hoſpitam
Vexatione Manium; ſed ipſe
Pectus in ſuum ingredi
Plutona ſenſit, perfidoſque Manes
Clauſtra cordis urere,
Stygemque totum per jecur meare:
Ardet, audet, æſtuat,
Dum mente virgo ter, quater recurſat:
O Libido grandior
Occaſionis dextera? decore,
Nocte, ſolitudine; (*a*)
Ætate, ſenſu proditus, pudorem
Virgini prius ſuæ

Extor-

(a) *Ne oculus oculum trahat, ne riſus riſum, ne familiaritas noctem, & interitum.* D.Greg. Nazia. or. 31. monens virginem.

Extorſit hoſpiti, deinde vitam; &
Nos monet minus fidem
Præſtare nobis, & putare vitrum
Infidele pectoris,
Quod ictibus nunquam ſatis reſiſtet.
Proximus periculo
Tutus diù non vivet: obſtinato
Conſtet ære; ſi diú
Stet ante flammas æreus *(a)* liqueſcet.
Flecti & eſſe cereus
Aduertis in crimen, fugis nec ignem
Splendidum Libidinis!
Si febris inſtar ferveat voluptas
Ominoſa ſumptibus, *(b)*
Heu quot Leonum *(c)* delicata robur
Febris una perdidit!
Inceſtat atro ſi domum timendæ
Flamma Peſtis halitu; *(d)*
Conamur omnes, execratus ignis
Ne tuos voret lares;
Et ſordidam Veneris luem medullis
Imminere temnimus!

Præ-

(a) *Ignitæ ſunt cupiditates.* D.Ambr.

(a) *Ante ignem conſiſtens etiam ſi ferreus ſis, aliquando diſſolveris.* D.Iſid.l.2.ſolit.

(b) *Qui ſervit voluptatibus, ſumptuoſo morbo laborat.* D.Io:Chryſ.l.3.ho.17.

(c) *Quantos Leones domuit una infirmitas delicata.* D.Cypr.

(d) *Peſtis eò ad nocendum procliuior, quò ad repellendum difficilior.* D.Bern.c.29.de inte.Dom.

Præceps nimis *(a)* quicunque gaudet ire
Concidiſſe quà videt
Semel propinquum: nauta quis per æquor
Geſtit ire, ſi minax
Latus procella ſauciat carinæ? &
Naufragare nos juvat *(b)*
Rimas agens dum navis hæc labaſcit
Sauciata fluctibus?
At corda culpæ ut prodidere, fœdum
Pœna crimen eluet;
Tabula vel una ſi favet, *(c)* nocebit
Quid procella naufrago?
Arrideant ne tibi nimis pericla,
Pœnitenda ne geras:
Somnos ſecundùm viperam *(d)* quis haurit?
Bella

(a) *Nimium præceps eſt qui tranſire contendit ubi alium conſpexit cecidiſſe.* D. Cypr. de ſing. cle.

(b) *Poſt confeſſionum, victoriarumque calcata certamina, poſt magnalia, & ſigna mirabilia noſcũtur in his omnibus naufragaſſe; cum volunt in navi fragili navigare.* D. Cypr. de ſing. cler.

(c) *Ne vobis pœnitentiæ ſubſidia blandiantur, quæ ſunt infelicium remedia: aliud eſt enim integra navi, & ſalvis mercibus portum ſalutis intrare: aliud nudum hærere tabulæ, & crebris fluctuum reverſibus ad aſperrima ſaxa collidi.* D. Hier. epiſt. ad Salvinam.

(d) *Quis unquam mortalium apud viperam ſecuros ſomnos capit? quæ & ſi non percutit, certè ſollicitat.* D. Hier. epiſt. 47.

Bella cur moves *(e)* ubi
Aut vincere, aut neceſſe ſit perire?

(e) *Quid tibi neceſſe eſt, in ea verſari domo, in qua neceſſe habeas quotidie aut perire, aut vincere?* D.Hier.

Tempus reſtitutionis omnium. *S.Petr. Act.Ap.c.3.*
Quęſtionum omnium ultima. *Cornel. à Lap. ex Tertull.*

ODE V.

In Concionem V. die Lun. poſt heb. 1. Quadr.

Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli eius cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis. Matth. 25.

QVis Mũdi cladẽ, Cęli quis carmine funus
Æquare poſſit, vel dolorẽ luctibus?
Lugubris in lacrimas *(a)* ſi flumina verteret (Orbis,
Non poſſet ardens cordis extingui dolor.
Quid, moribunda gemit rerũ Natura cadentis
Dum

(a) *Si uniuerſus Orbis ſumptis lacrymis eos, qui de hac ſpe deciderunt, fleat, non ne meritò flebit?* S.Chryſoſt.

Dum preſſa Mundi ſub ruinis, eloquar?
Non ſatis, effuſi eluvies divina furoris,
Parum eſt malorum ſi vocetur Ilias:
Quid ſuper exciſas cōteſter ab Æthere ſtellas
Solum prementes mortuali lumine?
Lumine quis vidui referat Lugubria Solis,
Verſumq; mœſtæ in ſanguinē Lunæ decus?
Quà potero in ſpiſsâ è merſo caligine Mundo
Carmen ſereno collocare lumine?
In cinerem lapſus ſuperis ardoribus Orbis
Faces ſopire ſi minatur ingeni,
Tellurē in cinere, in nigro ſi ſyrmate Cœlum
Fruges ſceleſtis educaſſe pœnitet!
Imò cadunt pauido quæ pallida ſidera Cœlo
Os me ſuadent continere in pulvere:
Quà trepido expediam luctantia verba palato,
Si ſtupida Cæli ſphœra concentu caret!
Quidquid amat moriēs tenebris involuere Ti-
Quo fretus artis explicem choragio? (tan,
Qui color eloquio maneat, quæ gratia Muſis,
Si Luna in Orbe funerato diſperit!
Quiſve elementorū deſcribat ſpaſmata, Cælo
Dum mundus ipſe fulminante conflagrat!
Inſtabiles dubio trepidāt ſi culmine montes,
Si triſtis ululat aura, ſi Pontus fremit!
Quis, dum regna feris tentat merſare procellis,
Maris renarret diſſipati vortices!
Talibus Oceanus ſtridet mugitibus, Orbis
Ut intonatis expaveſcat auribus,
Exurdata cadat fremitu gens ultima, Ponti
Tantùm fragores concitati ſæuient.
Tu quoque vicinæ, Tellus, luctabere Morti,
Mo-

Motiſque regnis, contremiſces artubus,
Divina cum quaſſa manu de cardine, vitæ
Trahens ruinam collabaſces ultimam;
Terrebitq;oculos fumantē flamma per Æthrā
Voraginoſis evoluta faucibus.
Quidquid bella ferunt, cū regna evellere tētāt,
Orbis ſubactas quæ cruentarunt plagas;
Extinxere ſtatas inimicis ignibus urbes,
Quidquid per Orbem dura vaſtauit fames,
Cum nova funeribus ſuperaddit funera Peſtis,
Fractâque quidquid claſſe tempeſtas furit,
Illa dies vincet ſupero devota Rigori,
Eruntque ſtrages dexteræ ultricis jocus;
Ut voluiſſe ſuos Deus explorare furores
Oſtenderit per acta retro ſæcula;
Hac ut luce avidas iræ laxaret habenas,
Pavore terras, & cruore mergeret
Non hîc Balthaſaris mōſtrātur fata, ſed Orbis;
Non ille duri ad pollicis tractum ſtetit;
Pariete tres digiti ſciſſo micuere, tiara
Excuſſa frontis ad tremores palluit,
Et caput, ad cuius trepidarunt mœnia nutûm,
Coma rigente præ pavore, exhorruit.
Scinditur Empyreū hîc, ſua nūc ut brachia Nu-
Armata monſtret in ruinas urbium. (men
Tota abolere nefas hîc dextera Numinis ar-
Triſulca fortis euibrare fulmina; (det,
Ut conſternatas veteris diſperſa per urbes
Iniquitatis deleat veſtigia.
Poſt ubi ſudarint laceræ de fulmine nubes,
Tremenda vox in fulminis locum tonans,
Unde tremēt fractis Regū diademata ſceptris;
Cita-

Citabit oſſa, frigidoſque pulveres
Europæ, atque Aſiæ, & quodquod fovet Africa
Contaminatâ ſub tiarâ vermibus; (monſtrũ;
Cũ tractu Americæ quoq; ſentiet India fulmẽ
Cadaveroſis excitata cautibus:
Horrendis lemures plaudent ululatibus, um-
Totos in ipſas ut refundat inferos: (bras
Vibrantes oculis flammàs, fumũ ore vomẽtes;
Viſu ſceleſtis vt timores ingerant.
Expuet attonitus demerſa cadavera Pontus,
Animæque ſurgent ex Averni noctibus,
Ut damnata ferant Stygias in corpora flãmas,
Junctæque nigris torreantur artubus;
Et criticis inviſa onerant dum ſidera votis,
Et dum fatigant contumeliis Polum,
Telluris gremium labris ſpumantibus irâ,
Mordere dente pertinaci geſtient.
Vi ſuperâ in Vallis medium cõpellitur Orbis;
Rei paveſcunt, & trementes Numine
Pendent, tam longi de vitâ ut judicet ævi:
Quæ preſſa modicè triſtis in pœnas patet,
Joſaphat eſt tellus: (*a*) divinæ fulmina mentis
Timete, Reges, una quos vallis capit.
Tam tenuis locus eſt Orbis: cũ Regibus ingens
Decrevit huc Mundus; nec oſtrum reſpuit
Gauſapa, (*b*) pãnoſũ cinerẽ nec purpura ſpernit
Nec

(a) *Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem* Joſaphat. Joel. c. 3. a. 2.

(b) *Et vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes in conſpectu throni, & libri aperti ſunt.* Apoc. c. 20. d. 12.

Nec mappa celſis ſegregatur inſulis,
Et titulis nudata ſuis ſub iudicis ictu
Petaſis tiara ruſticanis aſſidet, (det,
Imò Chlamys, regni quæ texta laboribus ar-
Famoſa ſceleris eſt triumphalis nota.
Qui genus,& ſceptrũ iactatis ad Hercule,Regũ
Audite vos potentiorum nomina,
Lege ſupercilii qui territa regna mouetis,
Sortemque nutu contumacem flectitis,
Oſtia Fortunæ riſu reſeratis amico,
Ærariumque Gratiarum penditis,
Fortuniſque nouum laceris afferre nitorem
Late fauenti qui valetis palpebra! (tũ,
Qui pudor inuolvet ſcelerato(*a*)in ſãguine vul.
In fluctuanti vel veneno pectora?
Qui dolor inſano(*b*) ſcindet præcordia morſu,
Vos cum gemetis Sortis emoti gradu!
Purpurei, fractis, Othomanni, ſurgite buſtis,
Emerge luxu, Solimanne, funerum,
Deſere ſed byſſi carioſo in puluere gemmas,
Quas vitta geſtat turbinata verticis;
Et quota pars Regni tua ſit,diſcerne,nefando
Quod poſterorum liqueras abdomini.
Iniice,Mamethes,laſciua volumina flammis,
Fumoque vincant peſtilentes Inferos,
Regnum quæ Veneri dederũt ſuper Orbe; Pu-
Abominatas iam retexe fabulas: (dori
Surgite, ſemiferi, caperatâ fronte, Nerones,

 Spe-

(a) *Qui oderunt te induentur confuſione* Job.8. d. 22.

(b) *Diſrumpet illos inflatos ſine voce*.

Spectate fœda ſanguinis veſtigia, (ret,
Quo perfuſus adhuc nimiũ calet Orbis, & hor-
Qui vos perurent, expiandus ignibus;
Vos, Toriſmũdi, Gothicis quos terra ſub armis
Expavit altis impiata cædibus, (nomen,
Vos quoque, Sanguibani, quibus eſt à sãnguine
Immanitati quos Alanus conſecrat, (amplos
Huc properate, premit buſti quos vmbra, ter
Fines aviti dividatis imperî; (mis,
Tot poſtquàm Mũdi latera intremuere ſub ar-
Jacete Mundi ſub ruinâ diruti.
Quæ portum illuſæ blandâ ſperaſtis ab aurâ
Naves ad Euri ſibilate verbera; (*a*)
En quò tempeſtas proiecit inhoſpita puppim
Adulteratis intumentem mercibus! (bras
Quercûs quæ Baſan regnãtes mõtibus (*b*) um-
Longe nocentes per vireta ſpargitis;
Atque tenetis humum miſsâ radice ſub Orcum
Fracto ruinæ ſubiacete vertice:
Vos Pinus Chanaan ſciſſis ululate capillis; (*c*)
Latèque Mambre contrematis Ilices.
Qui reparare vagas jactatis culmine ſtellas,
Nutate, montes, à furore turbinum.
Nec faſtoſa, nurûs, capitis vos pompa redemit,
Nec vos odores, delicati, fulciunt,
Nec devota, dapes, vos victima ventris, edones,
Mortalitatis extrahunt gurguſtio:
Nec titulorum, equites, ſortis mendacia, censûs
Vos à reatus eximunt ludibrio.

Ju-

(a) *Ululate naves maris*. Eſai.23.a.1.
(b) *Ululate Quercus Baſan*. Zacch.
(c) *Pinum Plin. ait habere capillatũ verticem.*

Judicis arbitrio lacrymans immugiet Orbis,
Et nuda regum palpitabunt ilia: (a) (cat
Et nudo latere! ad latus haud Fortuna coruſ-
Pellex juventæ lætioris improba?
Et nudo latere! & lateri non fulgurat enſis,
Mucrone gentes qui feroci terruit?
Quã bene geſtauit capuli qui margine gẽmas,
Suis nocere tam ſitivit hoſtibus?
Nec tua ſectantur pallentia fata clientes
Fidelitatis glorioſi teſſerâ?
Nec latus emeritâ ſtipat veteranus in haſtâ
Ut te tueri à dæmonum inſultu audeat:
Et nudo latere! & lateri non Faſtus adhæret?
Aut Phryna, quæ te mentis emovit ſtatu?
Heu? quòd ſola tuũ tenuit latus aureà Thais,
Ad latus ut ignes ſemper Inferos feras;
Et te ſub Mundi, Cælo ſpectante, theatro
Reum pudendæ fauſtitatis arguat.
Quò cecidit torvæ quæſita ſuperbia frontis?
Ubi Voluptas, & Poteſtas, divitis
Fortunæ comites, falſi quæ nectaris hauſtu
Humana gaudent faſcinare pectora?
Dementes ubi ſunt, nõ ruſtica numina, ſensûs?
Ubi eſt Cupido cordis inſani potens? (b)
Mars ubi qui veteres odium partitur in hoſtes?
Et Venus ubi eſt, te quæ beavit oſculo?

(a) *Iudicaturo Domino lugubris mundus immugiet, & potentiſſimi quondam Reges nudo latere palpitabunt*. Hieron. ep. 1.

(b) *Ubi ſunt dij, quos feciſti tibi? ſurgant, & liberent te in die afflictionis tuæ.* Jerem. c. 2. ve. 28

Inclyta Mercurius ferat huc ſua furta, rapacis
Prædaſque dextræ glorioſas advehat:
Quot vitiis facies, tot sũt mala numina, ſurgãt
Et vos Averni de caminis eruant:
Eheu? ſola Venus lateri manet addita cuſtos,
Felicitatis erubeſcendæ comes;
Hæc, quæ merſiſti nebuloſa nocte, tenaci
In ære ſculptas criminum gerit notas.
Quis fragor attonitas, auditis! vulnerat aures?
Eſt illud altæ fulmen extremum manûs;
Vos jubeo in medias procul hinc (*a*) diſcedere flammas,
Judex ſupremus: hoc mihi tantùm Pater
Nomen funereâ venturo in luce reliquit;
Delenda tellus; ne qua pars oleat probrum;
Perdita pene ſuum Laſcivia perdidit Orbem,
Ferrumque, & ignem criminum poſcit lues.
Hæc Judex, hæc Numen ait, ſententia duro
Ex ære fuſa neſcit inflecti prece.
Quis cũ perpetibus (*b*) poterit cõcurrere flãmis?
Crudum quis ignis devorantis impetum
Perferet, (*c*) accendit cũ Numinis halitus ignẽ?
Sed igne Jeſu vultus eſt potentior;
Numinis in viſu tolerant incendia, flammis
Majora, ad ipſos quas tulerunt Inferos.

Si

(a) *Diſcedite à me maledicti in ignem æternũ.* Matth. 25.

(b) *Quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſẽpiternis?* Iſai. c. 23

(c) *Quis poterit habitare ex vobis cum igne devorante?* ibid.

Si qua cavernoſis pietas eſt rupibus,orant:(put:
O ! cadite,clamãt,(*a*)perprimite,montes,ca-
Nos chari immiſsâ,colles,operite ruinâ,
Durum ut genus ſi nos amatis frangite.
Dum nos eripiant conſpectu è Judicis,ipſos
Montes feremus,& prementem judicem:
Ferrea fulmineo cur armas ſidera Cælo?
Nobis paria tormenta ſi quæris, Deus,
Extra nos ne quære,ſumus nos maxima nobis
Jam pœna; tortores remittas Manibus.
Intentas avidi cur vulnera dira Draconis?
Aut cur minaris Viperarum verbera?
Undant Pharſalicis præcordia cæca venenis,
Totamque noſtro gerimus in corde Africam
Dum te perſequitur verbis damnatus,& odit,
Tormenta ſecum quiſque jam gerit ſua;
Et flãmãte nouus ſub pectore(*b*)naſcitur Orcus
Linguæ ut laceſſit Numen inſolentia.
At ſolus ſuperas(*c*)quos Tartarus educat,ignes,
Et dæmones,& nos; priores Inferis
Ipſe ſupercilii portas in pondere pœnas,
Fulmenque pejus Orco ab ore fulgurat:
Abſiſtãt tua,Chriſte,procul dũ numina, ſtrages

D 3 Oſten-

(a) *Et dicent montibus: operite nos: Et colli- bus cadite ſuper nos.* ibi

(b) *Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui.* Pſalm.hoc eſt,ut ait S.Auguſt. *Conſtitues eos ardentes intrinſecus conſcientia impietatis ſuæ.*

(c) *Vellent omne ſupplicium ſubſtinere, quàm faciem judicis irati videre.* S.Auguſt.

Oſtende nobis Inferorum, juverit: (a)
Crimina ſæpe reos conſpectu è Principis arcẽt;
Has criminoſi poſcimus pœnas Deum;
Nec datur! oppreſſis toties reperire ſepulchrũ
Mẽbris negatur! quis jubet monſtrũ Deus?
Nec lapidoſa movẽt in nos ſua culmina colles!
Et ſaxa ceſſant nos ferire montium!
At cur præcipites cupimus deſcẽdere montes?
Eluere crimen ſerò nos cogis, Pudor; (mus,
Sed Pudor, aut Horror; media in tormẽta rua-
Natura ſcelere rapta dum noſtro dolet:
Externata cadunt trepido ſi ſidera vultu,
Si, fronte viſâ Judicis, labat dies,
Et tremor invaſit pavidum ſine lumine Solẽ,
Et Luna ſtrages ſi cruenta nunciat:
A ſemel effracto perituri cardine Mundi
Cælo timendum eſt, ne labaſcens corruat.
Corruat & Cælum, dum nos tegat: effera viſũ
Ne fata cogant ſuſtinere Iudicis.

De-

(a) *Quis mihi hoc tribuat, ut in Inferno protegas me, donec pertranſeat furor tuus.* Job.

Digitized by Google

Deteſtatur
In Templo
Plus tribui oculo, quàm oraculo
D.Ber.ſer.28. in Can.

ODE

In Concionem VI. die Mart.poſt Hebd.I. Quadrageſ.

Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Matth.21.

NE ducamus ab Æthere
Fontes exitiorum aſtra, comantium
Quæ tractu capitum luem
Vulgo, bella parent Regibus; ut domûs,
Aut urbes tumulent, vetus
Aut Regnum tragico ſyrmate funerent:
Accenſæ veluti Polo
Quæ magnis præeant funeribus faces:
Altùm dictat Apoſtolus
In probroſa tonans crimina. *(a)* Si Dei
Quis templum violaverit,
Mox diſperdet eum fulminibus Deus.
Exurdata loquentium
Quæ brutis reſonant templa furoribus
Dor-

(a) *Si quis autem templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus.* D.Paul.ep.1.Cor.c.3.

Dormitantia Numinis
  Noſtri in perniciem (a) fulmina ſuſcitant:
Quid ſacræ ſine moribus
  Pompæ proficiunt? ſi neque vel timor,
Vel præſentia Numinis
  Divinis ſceleratum arcet ab ædibus:
Auro dædala pactili
  Quot gemmis radians ſphæra premit Deum
Tectum corporis ambitu! (b)
  Ut ſpectabilibus vivit ab artibus
Argentum in ſtatuis! ferox
  Quo Saulus tumidas ſpirat adhuc minas;
Aut Pauli Pietas calet
  Culpas in cineres vertere gentium:
Petri cernis ut aureis
  Majeſtas niteat clavibus! his Poli
Vectes pandere creditur;
  Ut parto populos inſerat Ætheri: at
Quàm turpes animis ſedent
  A' noxà maculæ! qua ſpecie tuos
Inceſtant oculos nurùs!
  Deturpatque decor! quos habitus gerit
Mens aſſueta procacibus
  Indulgere jocis, & Veneri! Deus
Auerſatur in ædibus
  Dum miſcere ſuis nos temerè preces,
Te laſcivia vellicat

Te-

(a) *Non miraris, quomodo undique fulmina non deferuntur?* D. Jo: Chryſ.

(b) *In ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* D. Paul. ad Coloſ. 2. 6.

Te vindicta rapit, dum genibus Deum
Flexis Æthere deuócas;
Dum pſalmos celeris lingua redintegrat,
Fingit crimina mens rea, *(a)*
Vt ſupra tabulis pictor, inebrians
Et te Luxuries tuæ
Poſt idola trahit mentis, id eſt, tholo
Veri Numinis impias
Aut Martis tabulas figis, Apollinem
Aut Chriſto aſſocias, putrem
Poſt aram Mariæ ponis Adonidem:
In ſacro Triadosſolo *(b)*
Aut famam jugulas per joca, per ſales,
Aut de fœnore diſputas,
Aut nymphæ inſidias tendis, *(c)* & artibus
Scenam pandis amantium: *(c)*
At Rex, *(d)* obſequium purpura cui ſacrat,
Cui

(a) *Mens noſtra velut pictor eſt, in anima velut in tabula cogitationes prout vult format.* D. Baſil. l. de vera virg.

(b) *Novis vetera adumbrando peccatis.* D. Ambr. in Apolo. Dau. c. 9.

(c) *Eccleſia vere eſt aula regia, & talis, qualis cæleſtis eſt.* D. Jo: Chryſ.

(c) *Alienæ ſalutis inſidiatores.* D. Jo: Chryſ. hom. 1. de ver. Iſaiæ.

(d) *Formas mulierum contemplantur, ut ex Eccleſia Dei fiat lupanar.* Anaſt. or. de S. Syno. *Nemrod robuſtus venator coram Domino Gen. 2. Hæbræus legit: Robuſtus inſidiator in faciebus Iehouah.*

Cui quidquid libuit licet, *(a)*
  Ut jactat populus, cum penetralia
Templi limina tangeret,
  Vix viſa Epheſia virgine, cui decor
In fortes dederat potens
  Reges imperium, mox Epheſo procul
Fugit, Marte datas Amor
  Ne palmas Veneri cedere cogeret,
Nec Diana quid inſolens,
  Indignumque ſuo numine cerneret.
Nobis ſordidus inclytas
  Si leno ſtatuit quærere pellices,
Templi fornicibus prius
  Non eſt proſtibulum; hîc lumine Laidas
Furtivo illaqueans capit,
  Ne pactis Domini deſit amoribus
Emptor dedecorum. ſinu
  Quid pleno mulier vendis? ementium
Non eſt hic locus, aureis
  Non & muneribus venditur hîc pudor.
Eheu detrahit & Deo *(b)*
  Parcit criminibus dum Patientia!
Dum non fulmina mugiunt
  Deletura nefas ocyùs, è Polo

Nu-

(a) *Lectione didici Regem quendam cum Epheſiam ſacerdotem cuius incredibilis, & ſingularis pulchritudo erat conſpexiſſet, ſtatim ex Epheſina urbe digreſſum eſſe, illud videlicet metuentem, ne præter voluntatem nefarii aliquid admittere cogeretur.* D.Iſid.Peluſ.l.2.ep.62.

(b) *Deo detrahit patientia ſua.* Tertul.

Numen Barbarus abnegat
Regnare: Imperium plauſit, & arbitrî
Orbis tergeminos ſacra
Ad plausùs ſtupuere atria, cum procul
Abiecto diademate,
Cujus ſtare ſolent regna timoribus,
Nudo vertice Cæſares *(a)*
Intrarent populis templa faventibus.
Numen vos temerarià
Rectis poplitibus fronte laceſſitis,
Et ſtultum tegitis caput,
Mundi víctima dum fulgurat è throno,
Et tantùm effera crinibus *(b)*
Deeſt torta modo turbinis infula,
Qualem Sarmaticus gerit
Aras ante ſui Tartarus Aſtaroth.
Cum Phœbi Harmonici canunt *(c)*
Quo ſuppreſſa tacent ora ſilentio?
Ac ſi ex Æthere cælites
Deferrent Genii nuncia civibus.
Alterno fidium choro

Hinc

(a) *Conſtantinopolitani Imperatores ſub templi limine diadema in manibus Diaconi deponebant.*

(b) *Vulgò Turbante.*

(c) *Cum in theatro chori canunt Satanici, ſumma eſt quies, & maximum ſilentium.* D. Jo: Chryſ. in pſ. 4.

Nota, Phœbos Harmonicos eſſe Choros Satanicos.

Hinc Jeſum pueri dum melici ſonant,
Illinc latiùs aſſonant
Indefeſſa notis organa muſicis:
At quot murmura lancinant
Aures, quæ gravibus tam malè credulæ
Implentur vitiis fori (*a*)
In templi medio: barbara vincimus
Noſtris dogmata moribus:
Arcam ponè Mameth dum trepidat Scytha,
Et mutire libentiùs (*b*)
Poſt idola cavent ſaxea Japones,
Et ſaxo ſimiles colunt
Sub noctem taciti dum fragiles deos;
Noſtræ quaſſa perennibus (*c*)
Linguæ diſſidiis templa remugiunt
Declamantibus altiùs.
Prauis Relligio diſſona moribus
Abſurdùm ſibi diſcrepat:
Dum molli ſimulas fronte Cupidines,
Jeſum ut det precibus manſis
Urges; dum Veneres reſpicis, invocas
Fœtam Numine Virginem;
Et ſcorto, & Mariæ lumina dividis:
Cernis tegmen ut aureis

Illu-

(a) *Tibi videtur Eccleſia foro ignobilior.* D. Jo:Chryſ.

(b) *An quidquam indignius eſt, quàm oracula divina circũſtrepi, cũ Gentiles idolis ſuis reuerentiã tacendo deferant.* D.Ambr.l.3. de Virg.

(c) *In foro ſilentium, in Eccleſia clamor.* D. Io:Chryſ.ho.de Bap.Chri.

Illuſum illa gerit nexibus? (*a*) ut ſuos
Flammis urere ſericis
Geſtit culta ſinûs, tactus ut ignibus
Spectator miſer ardeat! (*b*)
Huc illuc oculos torquet, & inſolens
Iram provocat Ætheris!
Saltatura ſubit (*c*) Numinis hoſpitas
Ædes? an iuuenem ebrio
Ut feſtiva ſibi vinciat oſculo
Inter munera Cypridos?
Faſtoſo phaleras eripe corpori (*d*)
Et dotes Veneri datas:
Delirare libet? quæ gremio nitent
Non ſunt tegmina ſupplicis;
At ſunt ludibrio debita ſcenico;

E Quin

(a) *Cernis vt pomparum ferculis ſimilis incedat quæ ſe componit, ut placeat, omnium in ſe vultus, & ora conuertens, eo ipſo quod ſtudet placere deformior.* D. *Ambr.* l. 1. *de virg.*

(b) *Peccãdi fomitem ſuccendis.* D. Cypr. 1. de hab. virg.

(b) *De inimico ſuo compta, & cum illo pariter arſura* D. Cypr.

(c) *An vero ſaltatura ad Eccleſiam pergis? an ut tui ſpectaculum præbeas aduenisti?* D. Jo: Chr.

(d) *Quid te ornare improbo, atque intempeſtiuo ſtudio contendis? non iſte ſupplicis eſt habitus.* D. Jo: Chry. ho. 8. in ep 1. ad Tit.

Quin nec tam petulantiùs (*a*)
Calcatur Cyprijs ſcena furoribus:
Sic Cæleſte premis ſolum? (*b*)
Quò vibras oculos fulminis immemor?
Quò te forma rapit? vides,
Fœdo ut præda jacent membra Cupidini,
Dum lenocinio ſtudes!
At Cælum impatiens dilacerat ſinûs,
Et te miſſilibus petit
Flammis ad Barathrũ: põpa nequit procax
Dextram fallere Numinis.
Quæ non ſceptra ſuis concutit artibus?
Quæ non frangit? amantium
Quò non præcipitat regna volubilis
Vultu fœmina lubrico?
Sit Bolena mihi teſtis ad Angliam:
Quæ fuco Veneris potens
Aulæ dum penetrat limina, Regium
Pectus demeret artibus,
Quas de proſtibuli colluvie ferens
Se comit diademate,
Et Romæ è gremio tergeminam valet
Abſcidiſſe Britanniam.
Quæ non arma ſuis vincit amoribus?
Quænam fulgura mentium

Non

(a) *Et fortaſſe ſi non ſit temerarium dictu, nec ſcena ipſa adeo proſtitutis ſcortis calcatur petulantiùs.* D.Jo:Chry.ho.26.in 1.ad Cor.

(b) *Templum Dei eſt Regia Cæli, Cælum ipſum: quemadmodum igitur ſi Cælum quiſpiam in anguſtum redactum illuc inducat.* Jo:Chryſ. ho.36. in 1. ad Cor. (b) *Lenocinia.*

Non tundit vetitis forma nitoribus?
Quæ concordia ferreis
In cædes odijs pectora non ſcidit?
Mundi ſed ſuperat fidem,
Cum vel bella ſacris *(a)* intimat ædibus;
Aræ ut dedecus inferat:
Cui furto referat pectora Nuditas,
Pellex criminis impudens? *(b)*
Cui formoſa ſuæ clauſtra modeſtiæ
Viſu rumpit adultero?
Fulgentes nitido Cinnaberis dolo
Illudunt oculis nurùs; *(c)*
Luſis luminibus candida jactitant
Cretis colla tenacibus;
Ut fortes niveo Atlantides improbam
Tergo Luxuriem gerunt,
Et Mundum vitijs luxuriæ gravem;
Ut lucrentur amoribus *(d)*
Expertes genios, templa frequentibus
Succumbentia plauſibus
Mutatâ ſubeunt merce monilium:
Blandùm brachia candicant,
Exporrecta tremunt ubera, *(e)* geſtiant;

(a) *Nec tanta Dei templum afficiens contumelia horreſcis.* D. Jo:Chry.
(b) *Nihilque à caupona differunt noſtra.* D. Jo:Chry. ho.36. in 1. ad Cor.
(c) *Plus tribuitur oculo quàm oraculo.* D. Bern. ſer.28. in Cant.
(d) *Occaſio luxuriæ relligio deputatur.* Tertull.
(e) *Si te ſumptuoſiùs comis concupiſcendi libidinem nutris.* D. Cypr. de hab. virg.

Ut lactare Libidinem.
  Retro non memorem ſer, mulier, gradum,
Non eſt hic Veneris tholus, (*a*)
  Quà certamen erat virginibus ſuà
De formà Tyrijs; Deus
  Hic regnans Veneres fulmine conterit;
Illique eſt odio decor (*b*)
  Quæſitus vitij dotibus, integram
Cultu diſpare gratiam
  Vulgi proſtituis dum genio, innovum
Divinæ opprobrium manûs:
  Illectæ ſuperum pollicitis preces
Hinc jactantur in Æthera,
  Orbi ut ferre queant munera de Polo,
Numenque Æthere devocent,
  Illabens adita ut pectoris impleat.

Tul-

(a) *Non eſt hic locus proſtibulum, ſed Eccleſia.* D.Baſil. Seleu.

(b) *Iiſdem vitiis gratioſa quibus nocens.* Senec. ep.98.

Tullius Chriſtianus.
id eſt,
Ardeat divinus orator, ſi velit ſceleſtum accendere.

O D E

In Concionem VII. die Merc. poſt Hebd. 1. Quadrag.

Viri Ninivitæ pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Matth. 12.

ORci tyranno pocula temperat, (a)
In vaſe ſacro miſcet ineptias
Qui concionabundus Urbi in
Ludibrium, illuviemque templi;
In pulverem cor vertere contumax
Si geſtit alter Tullius, ardeat;
Langueſcit, argutis petiuit
Si ſalibus populi coronam.
Argutiarum pungere jactibus
Eſt fonte vulgus ſpargere frigido;
Cum torris addendus ſceleſto
Vivus erat lateri: jocoſùm
Fruſtrà loquentes tundimus Æthera,
Ni dura plebis pectora frangimus
In criminoſas irruentes,
Corda quibus putruere, labes:

(a) *Deum deprædantes.* Clem. Alex. in adhor. ad gentes.

Os ulceris, ni vulnera diſſipent,
Nutritur vnguento, & faciles premi
Plagæ tumeſcunt inſolentes,
Blanda malis vbi dextra palpat.
Terrena dudùm lumina ſpargimus
In vulgus, & quæ non pietas probat,
Ac erubeſcendi lepores
Sacra diù tenuere labra.
Cur Argemonas veximus India?
Flores in ipſa carpere barbaros
Cum detur Europa, procaci
Quos Italus jacit ore rhetor?
Qui ſponſus inter Lilia paſcitur
Paſci nec iſtis floribus appetit,
Palletque Flos campi, ac olentes
Areolas habitare ſpernit:
Areſcit iſtic dum pietas, latet
Stylo ſub iſto Vipera florido;
Auditor, ah tremas per aures
Pectora ne tibi virus afflet.
E' pulpitis vos tollite Tulipas,
Et quæ putreſcunt poſt Venerem, Roſas,
Et dicta, quæ locum recuſant,
Aſiaco phalerata luxu.
Non ſponſa telas induit Iride,
Acuvè ſcribit ſedula Pſittacum,
Si flamma debacchata tignis
Exitium thalamo minatur;
Sed ferre tectis ſi nihil auxilî
Valet cremandis, clamat, & oppido
Auditur extremo, minaces
Summoueat lare donec ignes.

Fu-

Fumoſus ignes Lucifer admovet
Templo ruenti Numinis, impium
Examen umbrarum, domandum
Igne, lacum ſubit Inferorum:
Vos delicati ludite, floſculos
Blandùm loquendo pingite, putidus (a)
Auditor, ò probrum! renidet,
Plaudit & ingenio júventus:
Faſtidioſus ſed puerilium
Facetiarum nauſeat auribus
Vir ſcitus invitis, loquendi
Dum vitio juvenes laborant.
Quid florulentus vel ſtylus attinet,
Vel mille Chloris ſparſa coloribus,
Surgunt ubi clavæ premendi
Viribus Herculeæ gigantes?
Non ſemper Orbem àt ſidera fulminant,
Aùt nigra viſu nubila mugiunt;
Fulget ſed argenti nitores
Peſpicuos imitata nubes.
Orator ergò ſit ſimilis Polo,
Nunc ore mittat fulmina, ſpiculo
Nunc parcat, oſtendatque lætos,
Et nebulæ ſine labe vultùs:
Et quando tactu mulceat aſperas
Oportet aures, nectare porrigat
Infuſa verba, addatque verbis
Blanditias, facileſquè nutûs:

Flam-

(a) *Non jam ſacerdotes ſed rhetores quærunt.* D.Greg.Naz. or.ad 150.ep.

Flammata rurſus verba tonitribus
Formidoloſis miſceat horridus,
Et crimen ut frangat, calenti
E' ſtomacho jaculetur ignes;
Tùm gentis ædes plena remugiet,
Tumultuoſi fluctibus Adriæ
Æqualis undabit, pudendis
Naufragium paritura culpis:
Tempeſtuoſo fervet ut agmine
Frequens aſylum: ſcandere pulpitum
Si denſa divinum Periclem
Innumeri vetat unda vulgi,
Hunc brachiorum remigio ſuper
Certent per auras ſiſtere Pergamis
Cives, in immortale donèc
Fulmineo ruat ore crimen:
Et ſe ſceleſtus ſenſit ubi peti,
Servet ſubactâ voce ſilentium,
Et aure ſublatâ tremiſcat
Multa ſupercilio docentem.
Hac arte Jonas fretus ad improbam
Clamavit urbem: vix decimus quater (*a*)
Dies recurret, ac avitum
In cinerem Ninive redibit:
Flammata vates lumina dum vibrat, (*b*)
Incenſa cœpit fervere Civitas,

Et

(b) *Jonas clamavit, & dixit: adhuc quadraginta dies & Ninive ſubvertetur.* Jonæ. c 3. v. 4.

(b) *Verbum meum non revertetur vacuum, ſed proſperabitur in his, ad quæ miſi illud.* Iſai. c. 25.

Et fregit, ut crimen domaret,
Membra fame, Cilicumque ſetis: *(a)*
Os occupauit lacryma, contumax
Et ſparſit atris pulveribus caput: *(b)*
At carpſit, ut Phœnix, acervo
E' cineris rediviva Cælum.

Nul-

(a) *Viri Ninivitæ prædicaverunt jeiunium, & veſtiti ſunt ſaccis.* Jonæ.c.3. v.5.

(b) *Rex veſtitus eſt ſacco, & ſedit in cinere.* Jonæ c.3. v.7.

Digitized by Google

Nullum Amoris dęmone crudeliorem Cananææ filiæ,

Et Ladislai Neapolitani Regis exemplo. *Hiſt. Summont.*

O D E

In Concionem VIII. die Jouis poſt Dom. 1. Quadrag.

Miſerere mei, Domine, fili Dauid, Filia mea malè à dæmonio vexatur.

Matth. c. 15. 2.

Vexant cæteri dæmones, ſed amoris dæmon malè vexat.

EX Erebo nullus ſuperas bacchatur in auras
Satan Amoris improbo (a)
Dæmone deterior:
Hic fuit ille ferox Dæmon Cananæus, amorem, &
Totos refudit Inferos
Virginis in thalamum:
Illa Dei fuit alta manus, quæ pollicis ictu
Vinclis amorum pectora
Illaqueata ſcidit:

Nam

(a) *Patres concilij Ancyrani de laſciuis can. 17. impudicos vocant energumenos.*
(a) *Amoris dæmon.* In vita D. Martini.

Nam vexāt alij; Dæmon ſed blandus Amoris
Animi paratas dotibus
Ut malè vexat opes!
Ladislaus erit totum mihi teſtis ad Orbem,
Dum bellicosâ fulminat
Oppida Tuſca manu,
Obſidione ſtrepit Florentia, dæmone Princeps
Obſeſſus at amanti fremit
Altiùs (*a*) illa timet,
Nobilis huic Marti fiat ne præda, rogatque,
Qua demere urbi compedem
Conditione velit.
Hunc Amor an rapiat, dubium, an magis ira
Irarum habenas attrahit; (Leonem
Fertur amoris equo
Effrœnis: (*b*) mihi quæ rapuit Me, tradite, cla-
Superba quæ incedit meo (mat,
Per plateas ſpolio;
Hac redeā mercede, ferā & tali obſide Regnū
In patriam, cui hæc potens
Dextra tributa dabit: (*d*)

Præ

(a) *Perinde ac metuat, ne leuiùs, & tolerabiliùs peccet quàm cæteri*. Greg. Naz. or. 10.

(b) *Quia aviti generoſi ſanguinis memoria licentia eſt laſciuiæ miniſtra*. D. Cypr. in lib. de bono pud.

(c) *Furorem libidinis appellat*. D. Zeno. Veron. l. 10.

(d) *Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati, etiam ſi decem millia coronarum habeat in capite*. D. Jo: Chry. ho. 5. de verb. Iſai. proph.

(Præ nymphà leuis,ò facinus! jactura putatur
Victoriarum, & urbium
Splendida præda:) capi
Virgo reluctabunda negat; furioſa geruntur
Tantùm (reclamat) Regibus
Bella pudicitiæ!
Et pudor eſt inimicus! amant hos arma triumphos!
Et civitate in integrà
Principis arbitrio
Sola ego ſic rapior capta crudeliùs urbe? at
Ni detur hæc Marti Venus,
Imminet excidium:
Annuit ergo,ſuo & muliebri ſplendida mundo
Armata vincit agmina:
Arma fluunt manibus
Qua meat hæc Helene Paridi data præda Latino:
Formoſa lis adhuc calet,
Quæ prior extiterit,
Perfida quæ patriam peregrinis tradidit armis
Lacæna, tollens exteris
An gladijs patriam
Florentina, ſibi, & Regi fera cauſa ruinæ:
Nam patris armati dolo
Non fugit illa manum:
Hic erat ex medico ſcelerũ molitor,(a) & atræ
Mortis magiſter efficax,
Virus in igne probat,
Poſt & odora ſuæ donat ſudaria natæ,
Mirabili quæ vi fragrant,
Artis at ingenio

Sic

(a) *Luxuriem Abderites exiſtimabat morbum immedicabilem.* Clem. Alex. 2. Pœd.

Sic quoque ineluctabilibus ſaturata venenis;
Spirans vt ambos perfidus
Exanimaret odor:
Promptus adeſt vultu,premit altum corde pu-
Hæc, nata, dixit, explica (dorem:
Principis in gremio,
Inque ſinum miſeræ fatalia munera mittit:
Ad caſtra virgo ſe trahit
Fortis & illecebrâ, &
Blanditijs regalem exarmatura furorem;
Gemmis micantem & purpurâ
Ingreditur thalamum,
Obſequij Regina capit dum Forma tributum,
Emortuali neſcia
Dat ſua membra toro:
Nam ſoluens crispata manu dum lintea Regi
Fert pleno amoris poculo:
Pectora blandus odor,
Et caput invadit per nares miſſus, & imis
Indit ſoporem ſenſibus:
At ſopor interitum
Portendit,tumulũ thalamus: cum Phœbus in
Lucem revexit pronubam, (aulam
Pallidus obſtupuit,
Occaſum voluitque pati ſub luminis ortum,
Dum fulgur extingui timet
Parthenopæ. in patriam
Ipſe redit geſtãs inimicũ in pectore donum, vt
Vitale robur frangerent
Lenta venena: perit
Illa brevi, formæ patriam quæ dote redemit.
Laſcive nunc eas Paris,

Hanc ama, & in feretro
Emirare Helenā: quantis tum plauſibus urbē
Implevit illa, cum decus
Nobilibus iuvenum
Oſtentare ſuum vulgò gauderet, ut alto
Donata jure Principi
Pergeret, & patriæ.
Ut cadat è celſis Regnorum culminibus Rex,
Ut regiâ fultam dape
Huic rapias animam,
Non opus eſt,centū portent ut vela phaſeli,&
Lugubrè tormentis tonent:
Credite, linteolum
Eſt ſatis ut perimat, licèt illud odoribus extet
Probè refertum mollibus,
Virginis & teneræ
Dextera quod capiat; nec quis formidet in ore
Tantùm venena, ſi ſolent
Nare venena bibi.
En Regni lacrymis, Orbis plaudente theatro,
Quot excitat tragedias (a)
Luxurioſus amor!
Qui modò terruerant armis radiātibus urbes,
Dum martiales ſpiritûs
Una puella terit.
Tu pater, at patris nec dignus ſorte, ſed hoſtis,
Aconita miſces oſculis;
Conſcelerare manum

Bar-

(a) *En quò perueniunt, qui ſcintillas libidinum conflabellant. ut ait* Tertull. de ſpect. c. 25.

Barbare, nec ſobolis, nec Regis clade vereris,
Sed nuptiali munere
Mittis vtrumque Erebo.
Conjugis ignaræ Alciden arſiſſe veneno
Eſt docta vatum nænia;
Attamen horret adhuc
Credula Poſteritas: tantæ tu civibus urbis
Sciens ſalutem reddere
Das xenium, & perimis.

Vbi periculi fuga, ibi Gloriæ bravium. In iuvenem, qui florum manipulo percuſſus, pugione ſe peti ratus, interijt.

ODE

In Concionem IX. die Ven. poſt Hebd. 1. Quadrag.

Ieſus autem declinauit à turba conſtituta in loco. Io:5.

ET flores hominem necant,
Et pectus feriunt enſe potentius:
Cælum te monet, ò puer (a)
Ut formoſa ſcias cautius Aſpide

(a) *Flos ætatis periculum mentis*. D. Aug. ſer. 246. de temp.

Declinare pericula:
Inſani eſt capitis quærere gloriam
De diſcrimine: non honos
Conſtat patritio ſanguine; nec decus
Splendet præcipiti ſitu:
Mentes impavidas, & temeraria
Seró pectora pœnitet;
Et Fortuna ſuos deſerit, ut videt
Arridere pericula:
Præceps ira jecur cum ſtimulat, cave
Occurſare Leonibus:
Qui vanus genij, conſilij impotens
Fidit margine lubrico,
Abſorbetur inops, ſi pedibus petit
Inſultare voragini:
In te ſanguineis rictibus efferum
Cum monſtrum videas, time.
Quid? te degenerem non timor arguit,
Quando turba nocentium
Vitatur pedibus Numinis; ut fuga
Non te damnet inertiæ:
Vertit terga Deus libera, vertices
Qui ſupra Aligerûm ambulat,
Qui curſum potuit ſiſtere ſiderum:
Tu ſortire pericula,
Et cum lethiferis lude Draconibus,
Qui frontis medio gerunt
Gemmas, divitijs ut capiant, ſuis
Quos dent frangere dentibus:
Celantur viridi gramine Dipſades,
Ac à Cæcilijs calent
Flores, ſparſit humi quos Zephyri jocus,
Vi-

Virus frondibus ut tegat:
En ut flos colubri dente nocentiùs
Robuſtam pupugit cutim!
En ut peſtifero fortiùs halitu
Primi Veris odoribus
Proſtravit juvenem, funeris inſcium!
Nardum non citiùs Draco
Perdit, fulmineo ſternere ſibilo
Florem ſi velit invidus,
Quàm flores hominem cædere gaudeant:
Tu ne fide coloribus: (a)
Flos Phrynæ roſeâ qui nitet in genâ
Te tangat, perimit: Venus
Namque armata ſuis floribus enecat
Ictum quàm doleas priùs:
Peſtem floriferam crede libidinem (b)
Quæ tactu ferit hoſpitem:
Joſephus moneat: fugit adulteræ (c)
Qui contagia dexteræ;

(a) *Nam dæmones oculos circumducto nigrore fucare, genas mendacio ruboris inficere, & mutare adulterinis coloribus crinẽ, et expungere omnem oris veritatem corruptelæ ſuæ impugnatione docuerunt*. D. Cypr. l. de hab. virg.

(b) *Luxuries eſt viuax peſtis*. Baſil. Seleu. or. 5.

(c) *Teneri potuit, animo capi non potuit; contagium enim judicauit, ſi diutiùs moraretur, ne per manus adulteræ libidinis incentiva tranſirent*. D. Ambr. de Joſ. c. 5.

At plauſere fugæ præcipiti duces (a)
Inter ſpiculæ ſoſpites,
Victique invidià, quòd ſpecioſiùs
Joſeph vincere diſceret;
Quæ Regina tenet pallia dum procul (b)
Tanquam non ſua proijcit;
Corruptumque ſtupro vitat & aerem, (c)
Quem vox pellicis inquinat.
Rhomphæam timeas Teutonis, obvium
Medi fulgur Acinacis
Vites, & Scythicæ vulnera dexteræ:
Ictum Sortis vt exeas,
Te tormenta procul bellica fulminent:
Exors naufragij mare
Armatum ſcopulis effugias, dari
Monſtris immeritus: tibi
A blandis caveas ni benè floribus,
Portentum invenies, ubi
Plenis credideras ducere naribus
Auram floris amabilem;
Erras ſi Cyprijs credis odoribus,
Quòd virus foveant, latet:
Quæ pectus juvenum Vipera terruit
Peſtem combibit è Rosâ;
Fulgens quæ Veneris ſanguine lubrico
Com-

(a) *Inviderunt habentes jacula.* Gen.45.n.23.

(b) *Reliquit tanquam non ſua quæ adultera ſuis manibus detinebat, & aliena judicavit quæ tactu impudicæ potuerunt comprehendi.* D.Ambr.l.de Joſeph c.5.

(c) *Ipſum aerem, qui incubat ſceleſtis vocibus conſtupratum eſſe.* Tertull. l.de ſpect.cap.28.

Comptæ Thaidos occupat
  Cum tranſlata genas, tunc etiam ferit
Cum blanditur amantibus:
  Quos Mars reſtituit matribus integros,
Olim floribus hoſpites
  Occidit juvenes Heliogabalus;
Perſonata Cupidinis
  Sic aulæ procerum gaudia præſtitit,
Et nos admonuit fugæ: *(a)*
  Frontis ne nimiùm plaude nitoribus;
Sordes intùs alit ſuas
  Quæ ſplendet rutilâ pulchrior Iride:
Sugit lurida Cantharus,
  Ut triſti noceat ſordidus halitu,
Puro toxica Lilio,
  Cujus fingit Apes nectar ab oſculo:
Ut Telluris amor monet,
  Si florum in nitidis pharmaca frondibus
Naturæ poſuit favor;
  Vultûs in lepidi toxica floribus
Pinxit Gratia, quæ nocet
  Puris plus animi dotibus integri;
Offendiſſe oculos valet
  Aſpectu horrifero quàm coluber; brevem
Ut florem cupidi legant,
  Quot fortes juvenum diſpereant, data
Prædæ Virginitas docet:

Dete-

(a) *Iſta fuga eſt quæ habet ſalutem, iſta fuga ſalutis eſt.* Orig. 1. Corinth. 6. de Joſ. c. 5.

(a) *Nam hoc certaminis genus fugam potiùs quàm aſſultum requirit.* D. Cypr. l. de jejun.

Deteſtanda ſequax bella redintegrat (a)
Si Laſcivia, tu fuge
Dementis Dominæ carnifices manûs:
Nam tum ſtrangulat, aut ferit,
Cum palpat juvenes illecebris, face
Aut urit piceâ latus:
Nobis illa fuga eſt trames ad Æthera, (b)
Et virtutis iter: frequens
Ne vultum inſpicias, lactis imaginem
Qui jactat tenerâ cuti,
Quem circumvolitant indociles comæ
Serum vincula perpeti;
E' lactis Fabius flore necem bibit;
Convivamque pilus premit
Quem fugere ducem tela micantia
Romæ fundere ſanguinem;
Florum ſubter opes invenit Aſpides,
Quæ præcordia lancinent,
Ægypti meretrix ſplendida Regiæ.
Haud illi nocuit maris
Æſtus, ſanguineis fluctibus horridus,
Cum pugnavit ad Actium;
Hinc & contremuit monſtra natantia;
Illinc bellica Cæſaris
Evibrata manu fulmina palluit;
At

(a) *Perſequũtur nos peccatorum illecebræ, perſequitur Libido, ſed tu fuge tanquam furioſam Dominam, quæ ſi comprehenderit, exagitat, urit, incendit.* D.Ambr. l.de fuga ſæc. c.4.

(b) *Fuga illa erit trames innocentiæ, via virtutis*. D.Ambr. ibid.

At munita domi ſedens,
  Ut mortem, petit é floribus, oppetat.

Paradiſus

Deus omnia in omnibus. *D. Paul. ep. 1. ad Cor. c. 3.*

ODE

In Concionem X. Hebd. II. Quadrag.

Domine, bonum eſt nos hìc eſſe, etc. Matth. 17.

CErnis deliciarum inops
  Ut vexet rabies Heliogabalum!
Dedignatur ali, & gulam
  Sævo conqueritur ludibrio dari;
Inconſtantia gaudijs
  Truduntur brevibus gaudia, pallidis
Circumfuſus edonibus
  Si fauces epulis obruit, in merum
Non ſe mergit, & indere
  Si latis inhiat Cæcuba faucibus,
Demens deſtituit ſames
  Guttur Tartareo ventre capacius:
Dum vinci ingluvies negat,
  Evincunt ſtomachum tædia; quid petat
Quos ſe vertat ad impetûs
  Neſcit; nempe ſuis tortus amoribus

Sper-

Spernit, devorat, abſtinet,
Nec convivia regalia ſuſtinet,
Nec faſtidit, & æſtuat
Ipſas indocilis delicias pati.
Ut te, Cæſar, inebriant,
Non te lætificant gaudia panicis
Caſtigata timoribus!
Ut te ludificant prandia! dum graves
Indignantur ad exitûs,
Et damnant vomitu concoquere imparem
Ingeſtas ſtomachum dapes;
Per quæſita ſuis gaudia fontibus
Hauris triſtitiam, & metum;
Et quamvis iteres ſacra Volupiæ,
Non te blanditijs fovet.
Quid? ſorbere Aſiæ diſcupis unico
Hauſtu delicias? miſer,
Cunctas ſolus amas ſtringere in unico
Amplexu Veneres? tuo
Quid vis intuitu concupere unico
Quoſcumque irradiat decor
Vultûs egregios? pro pudor! inſolens
Quò te Luxuries rapit?
Indulges Genio, ſed truculentiùs.
Torquent te Furiæ: voras;
Te ſed tetrica faſtidia, te fames
Ingens exagitat: bibis:
At mox te jugulat nauſea, te ſitis;
Quæ luxu reprimi abnegat:
Vires excutias Imperij, haud potes
Circumſcribere gaudia,
Aggeſtiſque frui delicijs: aquæ

Ex-

Expelluntur aquis, ſitit
  Et ſiccis iterum fontibus alveus:
Merſum digladiantium
  Si te cruda tenet Roma cruoribus;
Ludis imperialibus
  Cum mittit Libycas Africa belluas;
Te ſymphonia non beat:
  Aures grande melos faſcinet; aulico
At non tripudio vacas:
  Quas Romana calent ducere ſidera,
Si gaudes choreis; cares
  Scenæ proſtibulo: publica ſi tenent
Te portenta libidinum;
  Ne deſit ſpecies opprobrio; nemus,
Ac te retia deſerunt:
  Campo, vel nemori nec poteris Tui
Immanem addere belluam:
  Cur vexas cupidus vota? tenacibus
Ne labatur ab unguibus,
  Clavis lætitiam fige trabalibus,
Et fractis tibi viribus
  Luctantem Venerem, ne labet, aureo
Bacchi nectare robora:
  Non heſterna valet condere ſe tui
Cordis cœna receſſibus;
  Imponit Cypridos quæſtus amantibus,
Orbis non apices beat.
  O' qui perpetuas vincere ganeas
Gaudes Heliogabali,
  Te deſiderijs ſolicitet Gula
Scyllæ faucibus amplior,
  Haurit cum gravidas diuitijs rates;

Non

Non te deliciæ duſtm
  Enutrire valent longiùs Orbium,
Cæcas ventris & improbi
  Implet nec mare, nec terra voragines:
Quamvis depopulet ſuror
  Romani celebres delicias ſori;
Quamvis exoticis nova
  Largè lautitijs fercula ſplendeant,
Te faſtidia macerant,
  Verſas dum ſtomachum, qui dapis appetens
Latrat mordicùs, at diem
  Cœnæ relliquias ructat in alterum.
Occurſare ſaporibus
  Si non vnus amor pectora pellicit,
Rerum ſi ſpecies trahit,
  Cæli fige plagis lumina; ni Polum
Tædet cernere, Numinis
  Vultus corda beans ſenſibus influat:
Cum mens fallitur, & novo
  Circumfuſa natant pectora gaudio,
Tùm fucata volubilis
  Illudunt animo dona Volupiæ: in
Puncto jubila fulgurant, (a)
  Et mox lætitiæ mœret Hypocriſis;
Nam mortalia gaudio

Ex-

(a) *Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti Iob. Hypocrita eſt hic mundus, cujus gaudium inſtar puncti, quod nec longum, nec latum, nec profundum.* D. Bonav. ſolil c. 2.

Extillant tenui; fluminis impetu (*a*)
Nos Cælum exhilarat, ſimul
Totus noſtra Deus pectora ſoſpitat. (*b*)
Formas Fabula credulo
Mentitum populo promere Proteum
Ne ſe jactet; erit Deus
Illabens animis omnia in omnibus; (*c*)
Ex ultoribus omnia (*d*)
Ut tormenta ferunt ignibus Inferi;
Sugent omnia ab unico
Vitali igne, Deo, gaudia Cælites.
Quidquid quæſieris, manu (*e*)
Plenâ Numen erit; lætitiæ ferax,
Inter pectoris ecſtaſim,
Te poſtquam Deitas viſa beaverit.

(a) *Largis meatibus cæleſtium munerum unda percurrit, & tranſeunt haurientis ambitum quæ à Chriſto veniunt fluenta donorum.* D. Ennod. *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei.* Pſal. 45.

(b) *Deus totus ſimul delectat.* D. Aug. *Vt ſit omnia in omnibus.* D. Paulus ep. 1. ad Cor. c. 3.

(c) *Ama unum bonum in quo ſunt omnia bona, & ſufficit.* D. Aug. de ſpir. & anima.

(d) *Sicut in vno igne omnia in Inferno tormenta ſentient peccatores, ſic in uno igne divino in Cælo omnia delectamenta ſentient beati.* D. Hieron.

(e) *Quidquid expedit, & quidquid delectat ibi eſt : & quid ibi deeſſe poteſt ubi Deus eſt?* D. Aug. l. de ſpon.

Gaudes ſideribus ſuper
 Calcatis choreas ducere virgines? (*a*)
Ut plaudes pedibus Polum!
 Labi nec poterunt, Ætheris in ſolo
Si te Diva Trias ſui
 Vultûs propitio lumine rexerit.
Aures an tibi vellicat
 Certâ legę melos flexile ? conſonam
Sphærarum harmoniam, movet
 Quas ictu Dominus pollicis, audies;
Et quæ Numinis inclyta
 Alternis reſonant nomina Cælites;
Dum cantantibus æmula
 Ardent Cælicolis ſidera plaudere:
Quòd ſi dius amor docet,
 Ut dixere Sophi, pectora muſicam; (*b*)
Quæ concordia, qui decent
 Concentûs animorum in Patriæ ſinu?
Quæ ſymphonia mentium?
 Rurſus vota tui conſule pectoris;
Et ferves cupere aureos
 Si montes Arabum, & divitis Indiæ (*c*)
Gemmantes fluvios, erit
 Et votis pretium: diſcute, qui tuo
Sunt

(a) *Quid illi erit, et quid illi non erit? certe quidquid volet erit, & quidquid nolet non erit.* D.Aug.l.de ſpir.& gr.

(b) *Muſicam docet amor.* Phi.1.

(c) *Quid poteſt eo eſſe felicius cui efficitur ſuus creditor cenſus, & hæreditas eius dignatur eſſe ipſa Divinitas.* D.Proſp.l.2.de vita contēpl. c.16.

Sunt in corde cupidines;
  Et ſi plura petis ſæcula, Fauſtitas
Ut te fida nitentium
  Æternet ſtabili munere virium;
Ni te fallat, erit Deus
  Immortale decus roboris artubus.
An te perfidus aſpici
  Corrupit vetitis muneribus decor?
Latè ſplendor amabilis
  Viſi at quantus erit Numinis, alterum
Cum te conſecrat in Deum; (a)
  Æterno ſpecies te diademate (b)
Cinget, Regna dabit decor
  Quem ſol invideat, luminis indigus,
Si te reſpiciat, tuæ
  Vincent florigeras areolas genæ;
Vultus vivida ſplendidus
  Intermiſta Roſis Lilia nutriet;
Frontis floreat ut nitor,
  Terræ verſicolor rideat ut ſinus,
Abſenti Zephyro, dabit
  Spirans ex oculis aura faventibus;
Oris vere decentior
  Morum temperies læta ſuavibus (c)
Vitam fructibus imbuet;

 Hæc

(a) *Ego dixi: Dij eſtis. Splendor Domini Dei noſtri ſuper nos.* Pſal.89.

(b) *Accipies regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini.* Sap.c.5.

(c) *Virtutes longè redolentiores ſunt vernis floribus.* D.Jo:Chryſ.hom.1.de anima.

Hæc longè ambroſio fragret ut halitu,
Et ver ſecum habeat ſuum. *(a)*
Ambis, Terra ſuo jure beatior *(b)*
Ut transfundat in hoſpites *(c)*
Pleno delicias ubere? at hoſpites?
Dat non hoſpitium Deus
Regnum retribuit, *(d)* protinus & ſuum
In te conſtituet thronum *(e)*
Is qui regnat ubique, & ſocium aſſeret
Te Regni, ſpecioſiùs
Quod cum dividitur floret ab integro.
Urbs hîc in medio ſita, *(f)*
Quam latè quatuor flumina ſeparent,
Ut commercia dirigat
Regum divitijs ſplendida civium,
A' gemma radiantibus
Ex auro quatuor pontibus incubet;
Diverſum fluvij ferant;

Hic

(a) *Ver futuram in revelatione Gloriæ vitam Juſtorum.* Olympiod.l.2.in Eccl.

(b) *Cælum Cæli Domino, terram autem dedit filijs hominum.* Pſal.113. D.16. *Ad illud Cælum Cæli terræ noſtræ Cælum terra eſt.* D. Aug. in eundem pſal.

(c) *O' quàm beatus eris, cum Dei hoſpes eris.* D. Aug.de viſit.Inf.l.1.

(d) *Deinde Divus ſe corrigit ſic. Non promittit Deus hoſpitium, promittit Regnum.* D.Aug.ibi.

(e) *Veni electa mea, & ponam in te thronum meum.* Eccl.

(f) *Hieruſalē, quæ ædificatur ut civitas.* Pſ.120.

Hic undante fluat nectare, mellibus
Turgens ille refulgeat;
Is ſpumâ niteat lactis; hic alveo
Pleno balſama devehat.
Ex auro ſtatuit Tartarus atrium
Gemmis dives: uti Polum
Ridenti decorant lumine ſidera:
Cuncta hîc atria flammeum (*a*)
Vincant Tartarici Principis atrium
Auro fuſa: potentium
Quæ calcanda tuis greſſibus excitent (*b*)
Regnorum invidiam throno;
Illuſtrentque diem lucidioribus
Gemmis ſtrata; (*c*) Topatio
Sapphirus radios jungat, Iaſpidi
Sardonix ſociet jubar,
Aſpergat Smaragdo fulgura Sardius,
Et Beryllo Amethyſtus, &
Auras conſociet Chryſolithis Onyx,
Et ſplendorem Hyacinthus, &
Aurum Chryſopraſo miſceat; ut ſolum
Ad ſolatia civium
Confuſo radiet lumine pleniùs: (*d*)

(a) *Laudate ſerui Dominum, qui ſtatis in Domo Domini, in atriis Domini Dei noſtri.* Pſal. 34.

(b) *Ubi Iuſtus gemmas calcabit in plateis, quas modo Reges non habent in coronis.* Venant. Fortunat. or. Domin.

(c) *Hæ duodecim gemmæ in ſubſtructione Civitatis Hieruſalem numerãtur à* D Jo: Apoc. c. 21. l.

(d) *Et lumen eius ſimile lapidi pretioſo.* D. Jo: Apoc: c. 21. l. D.

Bis ſenæ è ſolidis micent (a)
  Portæ Margaridis, ac Adamantibus
Altùm mœnia fulgurent.
  Ex auro celebrem Porus ad Indias
Gemmatis poſuit botris
  Vitem, quæ folijs læta ſmaragdinis
Traxit lumina gentium;
  Quà vivas ſegetes Ambroſiæ parit
Cæleſte Empyrij ſolum,
  His colles Populus vitibus induat,
Quas Tellus alere efficax
  Vitali vegetet provida ſpiritu;
Palmes vividus aureas
  Uvas ut pariat, frondibus emicet;
Botros ſolvat, amabile
  Arcanoque metallum eliquet impetu;
Ut potabilis hauriat
  Auri ſidereus civis Amyſtides:
Ac præſervida viſcerum
  Occultis iterum Terra caloribus (b)
Gemmæ duritiem edomet;
  Diſcant & Smaragdi à Sole liqueſcere
Ne perlucida gemmeus
  Enutrire liquor pectora deſinat,
Duri neſcia temporis.

Optas

(a) *Et duodecim portæ duodecim Margaritæ ſunt.* D. Joan. Apoc. c. 21. l. F.

(b) *Ubi eſt Cælum, quod non cernimus, cui terra eſt omne quod cernimus.* D. Auguſt. l. 12. conf. c. 2.

Optas perpetui veris ut emicent *(a)*
Luxu tempora florido?
Et Cælum aſſiduis roret odoribus?
Annum lux genitabilis
Flores erudiat gignere perpetes,
Gelſimina Hyacinthinis
Auras eniteant jungere frondibus,
Vernent cum Violis Thyma,
Narciſſique tumens lacryma gaudio,
Calthæ, Pollia, Tulipæ,
Quæ vultum variant pulchriùs Iride;
Nardus, Roſmaris, & Roſa,
Quæ regina ſuper floribus eminet
Spinis cincta bipennibus,
Haſtato careat præſidio Rubi
Exarmata fragrantior;
Albis quæ redolent Tubera floribus;
Et Ranunculus illita
Jactat qui varijs ora nitoribus;
Et flos Pœonius Roſam
Certat qui lepidâ vincere purpurâ;
Aureo Lilia cum ſinu,
Et ſcriptis Cyrio-phylla coloribus;
Per quæ mittere literas
Fertur purpureo Flora Favonio *(b)*
Si fas credere, quæ ſuum
In vulgus celebris fabula jactitat,

Ac

(a) *Ubi ſemper Liliorum Roſarumque blandior lux arrideat; ubi pictura floris odoriferi non marceſcat.* Venant. Fortun. in or. Domin.

(b) *Mare, Favonio naſcente, purpureum videtur.* Cic. in Aca.

Ac ut prædia rideant,
  Pratis aura ferat gaudia; perpetum
Ut florum populus frequens
  Nares ſpiritibus perflet olentibus:
Cum grata vice in aërem
  Blandùm ſævit hyems; lucida candido
Ningant nubila ſaccharo;
  Torrentes tumeant nectare; turbidus
Inclementia deſtinet
  Caurus nec Boreæ prælia; civibus
Sed ſpirent Zephyri Roſas,
  Nec ſol eniteat triſtis ab Heſpero
Terræ poſt ubi riſerit;
  Sed Cælum irradiet fulgida gratior
Per proſcenia nubium:
  Et quæcumque animus concipit, impiger
Cælo educere machinas
  Quas mirâ fabricant arte Cupidines
Moliri faciles, ſuis
  Cum credunt avidi ſenſibus, & petunt
Quidquid non ſatiabili
  Arridet Genio, præbeat unicè (*a*)
Aſpectus, variabilis
  Deprompto veluti ſcena choragio.
Quò te Pierius calor?
  Tandem mitte plagas fingere Cælitum:
Te phanaticus abripit
  Error per fatui devia pectoris:
Nam pomaria, fertiles
  Pomi quæ pariunt divitis arbores,
Famo-

(a) *Quidquid deſideret animus, det aſpectus.* Venant. Fortun.

Famoſa Heſperidum domus,
De qua tetra genas Triſtitia exulet;
Vivi fontis amœnitas,
Ex quo qui ſaturis faucibus ebibat
Totus riſibus affluat;
Valles Elyſiæ, pocula nectaris
Sunt vix fabula, quæ ſuos (a)
Vates ſtultitiæ nobilis arguit.
Quod ſupra eſt hominem, tui (b)
Inſanum eſt animi claudere finibus:
Id lucrare, nec æſtima: (c)
Vim ſupra eſt oculi cernere lynceam (d)
Juſto quod Deus erogat;
Pluſquam mens avidis judicat auribus;
Aut quàm jactat Hyperbole.
Non ploranda ſatis quæ Patriæ tenent
Vos oblivia: vilis eſt
Cur tantùm Empyrij Gratia? cur putret
Mens inceſta libidine?
Nec Cæli repetit delicias, ſibi
Cordis quas furor abſtulit;
Mortaliſque trahit bractea Gloriæ
Senſûs difficiles regi:

Quò

(a) *Rumores vacui verbaque inania.* Sen.
(b) *In verbis tuis ſuperſperavi* Pſal. *Quia procul dubio plus futurum eſt, quàm dici poteſt.* D. Aug.
(c) *Acquiri poteſt, æſtimari non poteſt.* D. Aug. l. 2. de Civit. Dei.
(d) *Nec oculus vidit, nec auris audivit.* D. Paul.

Quò te deprimit inſania? cum libens (a)
Satan omnia ſpondeat
  Mundi regna, ſibi ut ſupplicet impius,
Tu Diti ut placeas, luto (b)
  Contentus tugurî ſalleris ut puer,
Dum prætoria, tempori
  Quę debent modico ludibrium, ſtruis;
Per tot probra Cupidini
  Seruis, ut pereas; præcipitas opes,
Ut ſtes, æthereas: Venus
  Dum captiva regat pectora; tu Polum
Æternumque animæ decus
  Infra iudicium Dæmonis æſtimas. (c)
Grandem reſpice Carolum,
  Spreto ex Imperio grandior ut tonat!
Dum Cælo potiar, Deo
  Si donem Otthomanæ regna tyrannidos;
Vile eſt quod datur; accipe (d)
  Regalis thalami ſtemmata, purpuram,
Tot

(a) *Quò it, quò tendit deſiderium noſtrum?* D. Aug. in pſal. 83.

(b) *Quo diſtamus pueris ludendi gratia caſulas ædificantibus nos qui ampla prætoria, & præclara conſtruimus.* D. Jo: Chry. in Matth. c. 7. ho. 24.

(c) *Quis ergo furor eſt viles à vobis animas veſtras haberi, quas etiam Diabolus putat eſſe pretioſas? ac per hoc quicunque animas ſuas negligunt etiam infra iudicium Diaboli ſe amant.* Salu. l. 3. ad Eccl.

(d) *Si vile eſt quod datur, quàm grande erit quod accipitur.* Salu. l. 4. ad Eccl.

Tot Regum diademata,
  In me quæ proprio nomine tranſtulit
Latè fauſtus Hymen, Venus,
  Et Lucina meo Marte potentior:
Vile eſt quod datur, exuo
  Non uno celebrem Principe Flandriam,
Cedentis memorabile
  Fortunæ ſpolium: plura petis? Deo
Vile eſt quod datur; abdico
  Germani Imperium roboris, inclytum
Gentis Teutonicæ decus:
  Romanæ capias ſceptra ſuperbię,
Pugnacem Hungariæ thronum,
  Fortemque impoſitis arcibus Auſtriam:
Vile eſt quod datur; amove
  Luxu magnificas Attalico dapes,
Theſauros, trabeas, opes
  Et quot regna ferox jactat Iberia,
Tellus prodiga Grandium,
  Sylueſtris ſolium mite Bohemiæ,
Portus Italiæ, Inſubres
  Urbes, & duplicis regna Sicaniæ; &
Mecum quàm tumulem priùs,
  Addo tergeminæ fulgura Gloriæ:
Et Cælum tamen exhibent
  Sic gratis Superi: quid teneam? en duos (a)
Ut liber ferar in Polum,
  Orbes ex humeris excutio, ſimul
Inter delicias fata

Calco

(a) *Gratis exbibentur cæleſtia, ſi dantis liberalitatē ſpectes: emũtur uerò ut putes pretioſa.* Oleaſ.

Calco cum titulis nomina Cæſarum.
At tu ſumito Gloriæ
Falſum tam fragilis, Nate, choragium.

Civis Sidereus.

Chriſtiano opponitur Empedocles: qui interrogatus, cur viveret; reſpondit: Vt Cælum videam.

ODE

In Concionem XI. die Lun. poſt II. Hebd. Quadrag.

Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum. Io. 8.

SUnt ubivis ſensûs irritamenta: per Orbis
Lumina mitte plagas:
Sunt nativa alibi egregiæ miracula formæ,
Dulcibus apta dolis:
Scenæ ſunt alibi nemorum, quibus omnis in umbrâ
Luxuriante nitor:
Hîc lacrymoſa tumet gemmato palmite vitis,
Divitibus procerum
Menſis nectareos promittens preſſa liquores,
Mitis ut uva rubet:
Illic ardeſcit vel purpura blanda Roſarum
Regis ad invidiam,

Palli-

Pallida vernantis violæ vel gratia ſplendet,
Vel Ieſemina nitent,
Atque auris excuſſa cadũt, velut aſtra, colonus
Quæ cecidiſſe putat:
Picta vel elatas imitatur Tulipa criſtas,
Sic quaſi bella gerat
Contra Triſtitiam; vel conteſtantur odoras
Lilia celſa niues;
Ad Solem Narciſſus hiat, cui pingit amœnas
Lacryma læta genas:
Quam benè Naturæ maieſtas fulget in auro,
Quod tamen aura premit
Lucida gemmarum, gratis palloribus aurum
Alliciens oculos
Blanditur formæ, decus àddit forma ſed auro:
Quà cupidis hominum
Fulgor adulatur dextris argenteus! Indo
Riuus ab Orbe dedit (a)
In decus hoc donum Europæ, flammiſq; Pyro-
Splendidiore micans (pus
A radio, aut viridi florens à luce Smaragdus
Ornat vbique manûs,
Aut adamas blandi illicio ſpecioſior auri
Faſcinat ora virûm;
Hæc dum Margarides collo geſtare, ſuperbas
Dote nitoris, amat;
Illa trahit chlamydũ ſplendorẽ, & rete pudori
Inſidioſa jacit; (b)

H Utra-

(a) *Rio della plata*
(b) *Aucupium hominum.* Cl. Alex. l. 3. pædag.

Utraque ſed gemmis, & veſtibus oris amœni
Aggerit illecebras:
Turba voluptates ſequitur ſine mẽte, (*a*) vora-
Ut ſatient oculos: (ces
Si tamen, Empedocles, quæras; cur viuat in
Natus ut aſpiciam (Orbe?
His ſum Cælum oculis, reſpondet: qualis ab
Me rapit ille nitor! (aſtris
Quæ nemora ipſa ſinu mihi pleno Luna reſer-
Quas alit illa feras! (uat!
Si terrere iuuat ferro, vel retibus Apros
Fallere terribiles:
Eſt minor, vt lacrymat, cæleſti rore Lyæus:
Dum fugat ore ſitim
Ros animum recreat: furioſi nectaris hauſtu
Bacchus alit Venerem:
Latè conſpicuos ſuperat via Lactea flores,
Prænitet illa Roſis,
Omnia nec tantùm lactis quin Lilia jactant,
Stella vel vna nitet
Ætherei quantùm campi, quà lumine diues
Floret vbique ſolum:
Clarior ardenti quæuis eſt ſtella Pyropo,
Eſt Adamante prior
Phoſphorus, exuperat Saturnus luce Smarag-
Nulla corona throni (dos:
Eſt Ariadneo maior diademate: ſtellas
Ergo videre lubet:
Spiritus & donec dilectis inſerar aſtris
Corpore liber, ero

Exul

(a) *Dum voluptas vincit, exulat ratio.* Phil. l. 2. Alleg.

Exul in vrbe; *(a)* mihi ridet ſi patrius Æther,
Ciuis ad aſtra ferar: *(b)*
Nã me, dum tua vita Deorsùm fertur in ima,
Regna Superna tenent:
Quin genitus Cælo,*(c)* mihi ſi Cæleſtia tollas
Atria, nullus ero. *(d)*
Empedocles fano è Veneris, vel Apollinis ęde,
Inter amica ſedens
Vel ſimulacra Iouis fumo turpata, per Orbem
Talia dicta dedit:
Et tua, viuentis redeas cum Numinis arâ,
Deliciæ rapiunt
Pectora Telluris furtiuæ, *(e)* ac aſtra tueri
Tam ſpecioſa piget:
Nos tamen in verà arcano miracula nodo
Continuere fide. *(f)*

(a) *Quamuis carnis locus proprius terra ſit.* D.Greg ho. 5. in Ge.

(b) *Ciuitas ſancta, Ciuitas ſpecioſa, de longinquo te ſaluto, te amo.* Cyrill. Hieroſ. cat..

(c) *Tolle Cælum, nullus ero.* Emped.

(d) *Concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini.* Pſal.

(e) *Oblectamenta vetita ſunt furta declarationum vitæ futuræ.* Phil. Hæbr. apud Drex. l. 2. c. 4.

(f) *Tenemur in Eccleſia vinculis miraculorum.* D. Aug.

Quid ſtruis in puncto? (*a*) ſpatijs ingenti
Te reuocare ſtudet (Æ
A pueri luſu: (*b*) quid Tellus indiga iact
Quo tenuare famem
Mortalis poſſit: ſapiunt ſi præmia terra
Qua fumus, aura Polo
Labitur in noſtros cæleſti munere ſen
Proſpiciam ergo Polum, &
Terrena de lege vetor ſi ſcandere Cæl
Aſtra oculis rapiam, &
Tranſuerſum poterit falſo me nulla n
Ducere blanditia;
Quã laxo in ſpeciẽ gremio me Terra voc
Ut mihi ſundat opes.

S

(a) *Oſtendit ei omnia regna Mundi, & g eius in momento temporis* Lucæ. *Bene in mon temporis temporalia, & terrena demonſtrat non enim tam conſpectus celeritas indicatur, caducæ poteſtatis fragilitas exprimitur: i mento enim cuncta illa prætereunt, & honor ſæculi præterit antequàm venerit: enim ſæculi poteſt eſſe diuturnum, cum ipſa di na non ſint ſæcula?* D. Ambr.

(b) *Quo diſtamus à pueris ludendi gratia las ædificantibus nos qui ampla prætoria, & clara conſtruimus.* D. Io. Chryſ. in Matth. c

Sol in Libra,
id eſt,
Dei in terrarum Orbe luſus æqua fa-cientis pondera bilancium.

O D E

In Concionem XII. die Mart. poſt II. Hebd. Quadrag.

Qui ante ſe exaltauerit humiliabitur, & qui ſe humiliauerit exaltabitur.
Matth. 23.

Excelſa ponit de ſolio Deus;
Abiecta tollit; non humili hoc ioco
in Orbe terrarum ſupremum
Se populis probat eſſe Numen;
Premit ſed altum ſæpiùs: emicant
Reges & inſtar ſolſtitij ſuæ
In luce maieſtatis, & mox
Retrogradam experiuntur umbram
Felicitatis, non patiens loci (a)
Quæ ſceptra cedit, poſt vbi culmine
Faſtoſa momento reſedit,
Et viduum trabeâ clientem

 Pro-

(a) *Magnam felicitatem concoquere non poſſunt.* Plaut. in Ant.

Procul relinquit, vel locuples mihi
Ruens ab ipſo lumine Regiæ
Sit teſtis Herodes, nitebat
Undique dum radioſus auro,
Gemmiſque texta veſte, madentibus
Throni ex Pyropi luce Leonibus,
Regemque ſucclamante vulgo
Eſſe Deum, furioſus ambit
Apotheoſim : corpus edacium
Sed mox ferarum ludibrio datum
Oſtendit illuſæ cohorti,
Phthiriaſi perijſſe Regem. *(a)*
Fortuna par eſt Heliogabalo,
Cui ad rotam, quam circumagunt aquæ, eſt
Vinctus, Potentum qui trahebat
Arbitrio paraſitus aruum.
Sic magna volvit nomina caſibus
Sors dura, donec diuitiarum ope
Totum celebrato per Orbem
Naufragio bona parta mergat.
Vix fecit vnus nomina fluctibus,
Quamquam nec vnum fumiger Icarum
Expauit Orbis, qui cadendo
In dubiæ miſer ima ſortis
Deſcendit, altum non apicem timet
Dum fauſtitatis turgidus, altiùs, *(b)*
Et altiùs volando ab ipſis
In freta præcipitauit aſtris:

Vix

(a) *Phthiriaſis morbus pedicularis eſt.*
(b) *Dum tot auxilia proſperitatis impellunt.* Caſſiod.

Vix glorioſo Nabuchodonoſor
Typho ſuperbus dixerat impotens,
Non ſtare maiorem ſub Æthrâ
Caldaicâ Babylone ſedem;
Cum Regni ab alto vertice decidit,
Ruitque firmo mentis & ê ſtatu,
(Portenta, quæ formidet Orbis!)
Nomine cum Babylonis intrant
Confuſa curarum in caput agmina,
Et Rex ferino corpore belluam
Mentitur aulæ, dum repentè
In dubium coiëre monſtrum
Incerta formæ, Bos, Aquila, & Leo:
Erat recuruis vultur ab vnguibus,
Ceruice monſtrabat Leonem,
Fronte Bouis referebat arma.
Faſtigio fit proxima plurimùm
Ruina: ſummus præcipiti ſitu
Stat principatus; dum per urbes
Dextra furit, trepidare diſcat:
Verſuta dum Fortuna clientibus
Fauet benigno numine, deſpicit;
Dum ridet, irridet, ſuoſque
Ex apice abripuiſſe gaudet:
Plorat cadentem Gallia Guiſium;
Eſſexium dum ſuſpicit Angliæ
Regina, cui plauſit ſereno
Lumine, mox furioſa ſtrauit:
Quot tranſeunt ad ſceptra ligonibus? (a)
Cla-

(a) *Non nunquam & in tenebris aditus quidam, & exitus deprehēduntur cæca felicitate.* Tertull.

Clauum ex aratro is ſuſcipit imperij,
Hic ſurgit è raſtris ad aſtra;
Ut faueat quaſi numen Orbi.
A' ſorte raptus de calathi ſinu (*a*)
Moſes in alto vertice Regiæ
Dum ſplendet, ac timet, Deum Se
Conſtitui Pharaonis audit:
Ioſephus aulæ probra per, & dolos, (*b*)
Et immerentis ſtigmata Gloriæ
Aſcendit ad thronum, caletque
Tot populis dare iura Prorex.
A' caula in aulam ſe tulit inclytus
Paſtor, giganti qui caput abſcidit,
Strages per Vrſorum, Saulis
Qui didicit iugulare fraudes.
Qui geſtit aſtris ſurgere clarior (*c*)
Stanti refringat calce ſuperbiam;
In ima qui premit procacem
Trans nebulas vocat Æthra mentem:
Honor fugaces ambit: honoribus
Qui ſeruit amens, dedecora & cruces
Venatur: exurgunt in altum
Ut pereant grauiore lapſu:
Cliuo ſuperbus præcipiti furit:

In-

(a) *Quod incidit in mala maximam expertus eſt maiorum gratiam.* D.Baſil.in Pſal.107.

(b) *Calamitatibus beatis.* D.Zeno Veron.ſer. de ſon.

(c) *Deus pia laceratione nos reparat.* D.Enn. in Euch.de vita ſua. *Vt carior ſit ſanitas præparata mœtoribus.* D.Hier.in ep.ad Am.in tribul.

Inſanientis nulla potentiæ
Vis gliſcit in maius; proterui
Eſt animi cecidiſſe ſatum.
Cui non gigantum nota proteruitas (a)
Deo rebellis? toruus in Æthera
Nembrothus vt dixit, Sodales,
Turrigeram ſtatuamus arcem,
Cælumque tangat culmine, ſiderum
Calcemus orbes impauido gradu,
Noſtroque cæleſtem beati
Arbitrio ingrediamur aulam:
Quin Turris altùm poſt vbi creuerit
Subſtructa per vim, ſuſtineat Polum,
Utcunque caſurus minetur
Immeritas lacerare terras:
Nec Terra quamuis improba ſuppetit
Voto Gigantum: fulmineas manûs
Noſtrum ſed è terris in aſtra
Imperium ſine fine tendat:
Si pulchra prompto fulmine terreat
Inuenta diſcors Numen, in Æthera
Frangatur vt fulmen, petroſam
Cum Rhodopa iaculemur Oſſam:
Plenis minarum vocibus irrito

Con-

(a) *Chus procreauit Nemrod gigantem Babylonis conditorem, quem Perſæ aiunt in cælitum ordinem relatum in aſtris apparere, quem vocant Oriona. Chronicon Alexandrinum ex epitome Saliani. Theodoretus gigantes appellat homines prægrandes,* & D. Io. Chryſ. *Heroes prælongos. Salianus in epitome* pag. 58. VI.

Conſumpſit ictu poſt vbi fulmina,
Hærente nos ſcala ſupernæ
Diuitias populemur Urbis:
Fruſtra Deus ſe celat, & æmulo
Ab Orbe longè diſtinuit Polum,
Lætatur atque arcana Mundi
Extra oculi poſuiſſe iactum;
In nube quamuis latibulum ſuæ (a)
Felicitatis ponat, & ambulet
Superbus à Mundi ruinis,
Aſtra meo trepident ſub ictu;
Se vana Cæli corporibus peti
Formidoloſis Regia ſentiat,
Et nulla regnet tuta ſedes
Si ſequitur ſua fata Nebroth:
Si grande ſtellis ingerimus caput,
Et noſtra tuti lumina mittimus
Immane per Cæli theatrum:
Ille Deus quid agat, ſagaci
Noſtrà probemus iudice palpebrà,
Quàm pendat æquis præmia lancibus;
Qua lege condemnet triſulcis
Fulminibus trepidare montes,
Dum fœda ſplendent Probra Potentium,
Latè triumphant crimina Regiæ,
Delicta ſunt leges togata,
Fraus Procerum trabeata regnat:
Nec pigra tangunt fulmina Regiam,
Nec à tonitru Curia contremit,
Vbi-

(a) *Nubes latibulum eius, nec noſtra conſiderat, et circa cardines Cæli perambulat.* Iob. c. 22. n. 14.

Vbique terrarum nefandæ
  Dum plateis dominantur artes.
Veſane, mentis quò ruis impetu?
Horrent & auræ; & fornice parietes
  Tremunt labanti, dum ſerena
    Iſte atheus ferit aſtra clamor:
Abſiſte diris aſtra laceſſere:
Quò nam rapit te præcipitem Furor?
  Agitque tranſuerſum per Æthram?
    Parce tuo violare ſtellas.
Mephitis ore: it ſacrilegus vapor,
Turpatque cælum ſulphure tetrius,
  Cogendus in fulmen, petita
    Quo tumidum ſcelus aſtra frangant:
Accedis alto quò propiùs Polo
Fiet paratis fulminibus caput
  Propinquius; dabit furenti
    Sic habilem tua Turris vrnam.
Quis me vetabit ſcandere ſidera?
Gigas minaci voce redarguit; *(a)*
  Ite, ò Sodales, ite in aſtra,
    Stet radians Adamante porta,
Ex ære quamuis cardo remugiens,
Fragoſa ferri verbera negligat,
Æqua-

(a(*Ibi fuerunt gigantes nominati illi , qui ab initio fuerunt ſtatura magna ſcientes bellum* . Baruch c.3. 26.

(a) *Quare gigantes fuerunt Adam ipſe, & Cain, & Abel, & Seth, & reliqui proceriſſimæ ſtaturæ fuerunt.* Salianus in epitome pag.58. VI.

Æquabitur ſolo ſub haſta,
Quà petere hæc manus auſa Cælum.
Dum contumaci ſtultitia Gigas
Hæc ore vibrat toruus in Æthera,
Diuerſa confundit loquendi
Eluvies furiale vulgus.
Ubi Deo ſe Terrigenûm globus
Luſum loquelæ multiplicis chao
Perſenſit, execratus aſtra
Deſtituit ſua cœpta Nemrod; (a)
Sublimiori colla potentiæ
Submittit excors, vota per & minas
Tellure maiorem ſubactis
Poplitibus veneratur Æthram.

(a) *Nembroth, ſiue Belus ad trecentos annos vixiſſe exiſtimatur iuxta Euſebij chronologiam.* Salia. in epit. pag. 81. *Beli apotheoſis à Nino filio facta eſt.* Salia. *ibi. ſcribitur Nembroth, Nemrod, Nemroth.*

Ad eos, qui ſcientia ſui neglecta, rimantur aliena.

O D E

In Concionem XIII. die Merc. poſt Hebd. II. Quadrag.

Neſcitis quid petatis, Matth. 20.

ME plebis extra ponite limites,
Mortale ſupra tollite me genus;
Me Phœbus urget, mequè præter
Me rapit imperioſus ardor,
Diuinus ignis quem peperit: ſacro,
Audite, vati, nomine Apollinis,
Ut nuper hæc mihi dederunt
Proſperides documenta nymphæ.
Te noſce, ſi te noueris, altiùs
Scies Athenis: diſcere ſiderum
Iter quid interſit, celebrem *(a)*
Iuſtitiæ didiciſſe gaudes
Ni ad aſtra curſum: ſidera conſulis
Longinqua, terræ at turpiter inſcium
Quicunquè te ſpectant, acuta
Quòd ferias pede ſaxa, rident,

(a) *Vniuerſa vita iuſti eſt quædam celebritas.* Cle. Alex. l. 7. ſtrom.

Riſu patenti non ſine ſiderum:
Sic ille Tales aſtra Mileſius
Dum nocte diſcernit, profundam
In foueam cecidiſſe fertur:
Tumultuoſum quòt vitijs ſcatet
Pectus; remittis quærere ſordidus;
Soliſque defectum, & Dianæ
Deliquium didiciſſe iactas:
Attentus agros diuidis, Elysî
Beatiores: anne decempedâ
Metiris & temet? rotundum
In ſpeciem redigis quadratam:
Sis tu quadratus: ſtas, ibi permane; (a)
Sed ſemper idem; ne moueat timor;
Ne captet aut fulgor, doloſæ (b)
Te quatiat neque rumor aulæ:
Metire, quanto vir animo valet,
Magno, an puſillo, turgeat an leui:
Quid rura prægeſtis paterna
In varias ſecuiſſe partes?
Partire quantum ſit ſtomacho ſatis,
Ne grande ventri des patrimonium
Impunè carpi: vis in ipſo
Vel maculas reperire Sole;

Abo-

(a) *Alternis Vatinij, alternis Catones, et mo parum nobis ſecurus eſt Curius, parùm pauper F bricius: modo Licinium diuitijs, Apicium cœn Mecænatem delicijs prouocamus.* Sene. ep. 1

(b) *Inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſe ſum.* Sap 4.cap.12.

Abominati dum vitij notas (*a*)
Tuiquè labes tergere pectoris
Tranſmittis ignavus; nec audes
Ex animo remouere ſordes.
Quàm recta tendat linea, diſputas;
An recta vitæ ſemita, negligis;
Per torta diſcurrens viarum
In graue præcipitas Barathrum:
Sic Archimedes, dextera lineas
Cum in erudito puluere duceret,
Obiuit, oblitus, quòd omnes
Pulvis & umbra ſumus; nec ictum
Aduertit enſis, neſcius vltimam
Se mortis atræ fingere lineam.
Scrutaris herbarum vigorem,
Aùt Aga quas alit, aùt Olympus;
Te, quæ ſit alti vis animi, latet:
Rha gloriaris noſcere barbarum;
Morumquè neſcis barbarorum (*b*)
Colluvie prohibere pectus:
Addicta morbis pharmaca temperas,
Vel quæ repugnant febribus, enecant
Vel quæ dolorem; ſit maligni
Quod vitij antidotum, recuſas

I 2 Tra-

(a) *Cor gratiæ radijs illuſtratum etiam minima videt.* D.Bonau.

(b) *Iniuſti ſunt barbari, & hoc nos ſumus, cupidi ſunt barbari, & hoc nos ſumus, impudici ſunt barbari, & hoc nos ſumus, infideles ſunt barbari, et hoc nos ſumus, immò hoc magis culpabiles ſumus, ſi legem bonam colimus, & mali cultores ſumus.* Salu. epiſt.

Tractare turpi marcidus otio:
Concentus aures ſi temerè abſonus
Flagellat, atquè diſſidentis
Si citharæ malè chorda ſtridet,
Miſces acutum cum grauibus tonum;
Nec verba reddis conſona moribus;
Fac conſonet virtus labori,
Fac animus ſibi conſtet: *(a)* Orbi
Planeta ſceptrum quæris àn afferat;
Cui ius ad Æthram gratia Numinis
Indulget, ignoras: horizon
Quòd gradibus, redeunte Phœbo,
Illuminetur, ſcire cupis: piget
Et ſcire, Virtus quo niteat gradu;
Expende te, vecors, & ulnâ
Iudicij patiare noſci:
Prenſare ſperas ingenio Polum;
Cum tenuis artem non capias Apis:
Per ſumma curarum requiris,
Quàm procul Illyrico Cremona;
Quid ſit Caletes inter, & Angliam;
Verona quantùm diſtet ab Auſtria;
Quàm diſtet à Cælo ſceleſtus, *(b)*
Quem patrijs procul arcet aſtris
Lethale crimen, ſcire per otium *(c)*
Con-

(a) *Sola perſeuerantia meretur viris gloriam, coronam virtutibus.* D.Bern.ep.ad Germ.

(b) *Multi quærunt ſcientiam, pauci verò conſcientiam.* D.Bern.l.de int.don.c.21.

(c) *Nihil aliud eſt ſcientia noſtra quàm culpa.* Salu.l.4.de Prou.

Contemnis excors : nempè ſcientiam
Sectaris inflantem, occupatus
In minimo fugis eſſe magnus.

Tolluntur in altum
Vt caſu grauiore ruant.

O D E
In Concionem XIV. die Iov. poſt Hebd. II. Quadrag.

Homo quidam erat diues, & induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidiè ſplendidè; & erat quidam mẽdicus nomine Lazarus, Luc. 16.

Vos lapſa teſtor ſæcula : diuitem
Spectaſtis: anceps an dapibus fames
Inſtaret, an magis profano
Ingluvies inhiaret auro:
Midæ nec illum fabula plurimùm (*a*)
Ditaret, auri Crœſus & integer,
Et multa Perſarum tiara,
Et Danaes pretioſus imber (*b*)

 Ra-

(a) *O diues neſcis, quam pauper ſis, quantò plus habueris, plus requiris.* D. Ambr. l. de Nab. c. 2.
(b) *Habes, & concupiſcis, plenus es, & ſitis: morbus eſt, non opulentia.* D. ibi.

Rapacitatis ludus, & adderet
Sitim Charybdi : potet & vltimi
Aurata Pactoli fluenta, ex-
Hauriat Oceanum lapillis;
Sitit. ſuorum non memor amnium
Vt manè quamuis Eridanum bibat,
Nilumque Neptunus, vel Iſtrum,
Veſpere mox redeunte, neſcit,
Rhenuſne, an Iſter venerit, & ſibi
Par, ſemper idem fluctuat : aureis
Sic ille dedignatur undis
Flammiferas ſaturare fauces. (a)
Sed æmulos in corde Cupidines
Deprælantes frangere neſcius,
Vecors, ut in dapes ab auro
Irrueret, celerare cœnam
Suos opimam iuſſit, in orbibus
Dum lauta fumant fercula ſplendidùm,
Mendicus acceſſit, latrantis
Ut ſtomachi relevaret æſtum:
Abominatum pauper ad oſtium,
Exeſa lingunt ulcera dum canes,
Elanguet, ut fames caducis
Improba luxuriare micis
Poſſit; ſed arcet turba foràs reum (b)
Mendicitatis, relliquias dapis

Ne

(a) *Inflammatur lucro auaritia, non extinguitur.* D. Ambr. l. de Nab.

(b) *Te miſerum, quem vbertas ſterilem, abundātia anxium, inhumanum copia, diuitiæ fecere mendicum.* D. Petr. Chry. ſer. 10.

Ne carpat, auerſante faſtu
Pauperiem. quid inane fulgur
Per atra ſerpit nubila? fulgurat
Polusne tanti dedecoris memor?
Deſpectat hoc Cælum, & cruentâ
Languet iners ſine ſtrage fulmen? (a)
Cur innocentis frangere verticem
Lætatur Oetæ? cur Tiliam Ætheri,
Pinumque proſternit minantem,
Et ſcopulos maris immerentes?
Ter helluonis cum potiùs caput
Ferire debet, ſpernere perfidum.
Vos, ô Ituræi, Syrique,
Armenij, Ciliceſque, monſtrum
Damnate; byſſi dum niuibus fidem (b)
Flammata ſeruat purpura Diuitis,
Fumante dum Bacchi procaces
Igne calent Epulonis artus,
Furtim ſub æui dente cadentibus
Alget lacernis Lazarus, & datur
Nec mica, dum in ſinus tepentem
Purpureos vomit ille cœnam.
Fortuna ſed rem cum malè diuidit,
Mors penſat æquis damna bilancibus,
Nec ferre poſt ipſum per umbras
Nos patitur malè parta funus.
Deus ſupremâ conſilij manu

Par-

(a) *Hæc non fulminibus tantum, ſed gehennæ ſupplicio digniſſima ſunt.* D.Io: Chry.hom.24. in Matth.

(b) *Miſericordia eſt ſpecioſum humanæ naturæ ornamentum.* D.Petr.Dam.ſer. 55.

Partitur Orbi præmia, diuitum
Culpæ triumphales ſubactum
Ne populum ſine lege vexent;
Ridere longùm diuitias vetat, (a)
Diù probroſam pauperiem ſinit
Nec flere, permutatque pœnis
Lautitias vitioſiores.
En vt ſonorem dant adamantini
Largo fluentes lumine cardines!
Videtis vt limen coruſcat!
Æthercam patefecit aulam
Vt laureatus Cælicolùm chorus! (b)
Sinuque gaudet Lazarus Abrahæ!
Exultat, & pleno beatum
Delicijs bibit ore nectar;
Sed clamat atrùm trux Epulo, Inferis (c)
Plorans ab imis, Lazarus vt Deo
Potitus intingat micantem
Vix digitum, laticiſque guttâ
Exæſtuantis labra refrigeret,
Sitimque parcè leniat: at Pater
Versùs reclamantem tot alto

Cla-

(a) *Somnium eſt iſte theſaurus, euigilas, & receſſit.* D.Ambr.

(b) *O infelix felicitas, quæ diuitem ad æternam infelicitatem traxit! ò felix infelicitas, quę pauperem ad æternam felicitatem perduxit!* D.Pe.Chry.ho. 2. de diuite, & Laz.

(c) *Epulo mortuus aperuit oculos, & vidit Lazarū, quem nunquàm antea videre voluerat, ſed nihil inuenit in manu ſua ille diues.* D.Gre.l.18.mor.c.10.

Clariſonas dedit ore voces:
Miſer, quid ardens ingemis? i, tuos *(a)*
Frequens retrorsùm torque oculos, bonæ
Benigna Fortunæ in tenacem
Tot reuoca tibi dona mentem:
Infracta remis quot maria, vt dapes *(b)*
Inter venirent murmura Doridos
Per mille quæſitæ pericla
Barbaricam variare menſam.
Extracta per vim de latebris fera,
Faſtidioſis vt vitulis daret
Mutare cœnam, nec ſat ipſis
Delicijs erat vnus Orbis:
Fame ſed hauſtum quàm fera Lazarum
Diuerberauit cura; ſub ignium *(c)*
Nunc

(a) *Quid eſt, diues, ab æſtu byſſus non defendit, purpura non reſiſtit Inferno; remanſerunt iſta, deſeruerũt iſta; & ipſe nunc nudus ſudas, æſtuas, qui quondam inſultabas æſtibus artificioſa nuditate veſtitus.* D. Petr. Chryſol. ſer. 122.

(b) *Verecundiores venti ſunt, quam veſtræ cupiditates; illi habent otia ſua, nunquam veſtra quærendi ſtudia feriantur.* D. Ambr. de Elia. c. 9.

(c) *An non aſsiduè tibi dicebam, fugitiuas eſſe diuitias, tu verò credere nolebas: ecce experientia docet, quòd non ſolum fugitiuæ, ſed homicidæ etiã ſunt.* D. Ioan. Chryſoſt. ſerm. quodam in 5. tom.

Hinc intelliges ex Saluiano, quòd diuitibus auaris proſperitas venit quæſtuum magno cum fœnore detrimentorum.

Nunc ipſe torqueris ruinâ;
Illæ Polum tenuiſſe gaudet. (a)

(a) *Mors pauperis totam vitam diuitis vicit, et elatio ſola pauperis diuitis pompam trãſcendit ad gloriam.* D. Petr. Chryſol. ſer. 121.

Ho-

Homo Vitreus Adamas,
Cum ſplendet frangitur.
Oſtendit,

Quod Cæſar ſemel in convivio Pollionis, hoc Deum in momenta ubique terrarum agere, vaſa vitrea, ſed corporum mortalium confringendo.

O D E

In Concionem XV. die Ven. poſt hebd. II. Quadr.

Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum confringetur: ſuper quem verò ceciderit conteret eum.
Matth. 21.

COEnam præſtiterat Pollio Cæſari,
Dum cryſtalla puer duriùs accipit
Imprudens calicem frangit, & effugit,
Sed non è domini manu;
Mandat qui miſerum militibus rapi,
Murænæ ſatiet ventris vt improbi
Obſcœnam ingluuiem: Principis ad pedes
Cur-

Currit dùm puer hoſpitis,
Monſtro ne fieret præda, ſed emori
Ut poſſet celeri morte ſub ictibus
Tortoris; petijt; Cæſar eum vetat
Carpi funere tam fero, &
Se ſpectante, iubet comminui vitra,
Tantis quæ fuerant cauſa pauoribus.
Mandatum ſemel hoc Cæſare: (*a*) ſed Deus
Noſtri corporis atterit
In momenta vitrum: ſiue ſecuribus,
Seu lapſu lapidum, ſeù dubio febris
Pulſu peſtiferæ, verbere ſeù freti,
Duris ſiuè doloribus.
Ne formæ nimiùm fide nitoribus;
Cùm ſplendet ſpecies frangitur; artifex
Et nullus poterit membra reponere,
Poſtquàm corruerint ſemel.
Plaſtes, Tiberio Cæſare, dicitur
Conflauiſſe vitrum flexile, duceret
Ut quò materiem vellet, & ictibus
Poſſet fingere mallei:
Sic & primus erat vir vitreus, tamèn
Ex maſſa haùd fragili, perſtitit integer
In terrena cadens; (*b*) lapſus àt in ſcelus
Se ſe rupit, & impiâ
Corrupit ſobolem flagitij lue,

Mul-

(a) *Tamquam vas figuli confringes eos.* Pſal. 11.
(b) *Stipendiaria peccati Mors.* D. Paul. ad Rom. 6. v. 23.

Multis quæ fragilis (*a*) caſibus ambulat;
Et dùm Mors temerè vibrat in obuios
Ferrum; cum pueris ſenes (*a*)
Franguntur ſubitis ictibus impares:
Armatæ hic metuit fulmina dexteræ;
Ille ét lethiferum viribus Africum;
Inſultum Febris hic timet,
Quæ figit querulis membra cubilibus,
Ut nos fatiferis torreat ignibus;
Ille & cæca maris verbera turgidi
Naui, quà vehitur, cauet,
Seris dura mouens ſidera fletibus:
At Mors aggrediens quo minus oſtio
Sentis, è laribus deijcit hoſpites
Affixos Veneri, aut Lucro.
Piſcis ſpina necat Tarquinium; pilus
Occidit Fabium; lactis ab amphorâ
Tractus ſepſit iter gutturis, inclytam
Incluſitquè animam premens:
Aſcendit Bibulus dùm Capitolium
Victor, tecta ſtrepunt feruida plauſibus,
Illapſa impauido àt tegula vertici
Illum ſtrauit humi, datam
Confundens cerebri ſanguine laúream.
Fatum terga retrò vertere iuſſerat
Pugnans armiſonâ Martis in areâ, &

K Lethi

(a) *Incertiſsimus ille dies vltimus quando vel vbi vel vnde nobis aduenidt.* Guerr.abb.ſer.13.de Aduen.

(b) *Niſi quod vltimus ille dies ſenibus eſt in ianuis qui iuuenibus eſt in inſidijs.* Guerr.Abb.ibi.

Lethi terruerat minas;
Infractum àt totiès arma per, & faces
Belli, ſplendida victoria perdidit.
Regnum præcipitet, nòn opus eſt, ſuis
Ut ſub ruderibus terat
Merſum marmòreo cum lare Principem;
Aſt ex àrce ruat ſi later, eſt ſatis
Cum victore ſimùl frangere gloriam,
Et mortale vitri decus: *(a)*
Effinxit ſtatuæ Rex Babylonius
Ex auro caput, argentea pectora,
Duro ex ære femur ductile, tibias
E' ferro, pede fictili:
At de monte ruens ſcrupulus in pedes
Deiecit ſtatuam, fulmine fortiùs
Totam comminuens, non ſine Numine,
Quòd niti aùt hominem luto;
Aùt conſtáre vitro, nos monuit; licèt *(b)*
Ferri duritiem iactet, amabilem
Ac auri ſpeciem, aùt ære Corinthio
Virtus pectora ſuderit,
Curatà dapibus vèl parat in cuti
Rixoſis epulùm funebre muribus,

Sum-

(a) *Diſpone domui tuæ tanquam vitreæ ampullæ.* Petr.Bleſ. ſer.16. Heb.ſap.

(a) *Hæc gloria vitrea eſt, cum ſplendet frangitur.* Sen.

(b) *Quid fragilius vaſe vitreo? tamen ſi ſcruatur, durat in ſæculum.* D.Aug.

(b) *Nos fragiliores vitro, & infirmiores ſumus.* D.Aug.

Summo fata die poſt ubi clauſerit;
Aùt debet tineis dapem; aut
Ventis ludibrium, ſeditionibus
Cum feruent; tumuli de latebrâ foràs
Si forſan reuocat dextera pulueres,
In quos Regis abit vitrum. *(a)*

(a) *Ne intuearis vinum, quando flaueſcit, & cum ſplenduerit in vitro color eius.* Prou.23.
Vitrum quippe eſt vita preſens, quę citò frangitur, & perit deliciarum vinum. D. Bern. ſer.16. Heb.ſap.

Qui immundas ſequitur voluptates, moleſtias venatur.

ODE

In Concionem XVI. Hebd. III. Quadr.

Cum immundus ſpiritus exierit ab homine ambulat per loca inaquoſa quarens requiem, & non inueniens. Luc. 11.

SAxoniæ princeps album cicurauerat Vrsū;
Suis vt eſſet horridum
Delicium pueris:
Hoſtilem vultum à teneris vt diſceret ætas
Non horruiſſe, bellicus
Cum furor ingrueret.
Mellibus apponi fartam feruentibus urnam
Iuſſit voraci belluæ; *(a)*
Vnguibus illa capit
Dilectum ſtomacho nectar, dum guttur adurit,
Morſu doloris ſaucia
Eiulât, atque rapit,
Ingluuie ſtimulante, remurmurat uſta, guloſū
Nec murmur inter melleas
Lingere ceſſat opes:

Vſque-

(a) *Habemus quaſdam triſtes voluptates* Senec.

Vſqueadeò & brutis placet empta dolore vo-
Abdomini de te dato (luptas.
Scribitur hiſtoria:
Lambis, & excoqueris; *(a)* iugulant te gaudia,
Dum contra amores pertinax (rides;
Vociferaris, amas: *(b)*
Eſt ænigma nimis durum tua vita, *(c)* celebris
Eſt pœna, quam caro vocas
Nomine delicium:
Cum ſalit Immundus de pectore Spiritus, ipsâ
Nec in lacuna Cypridos
Inueniet Requiem:
Præſcia fatidicûm teſtor penetralia vatum;
Qui docti ab alto perſonant:
Linquite delicias;
Plus fellis, quàm mellis habent. ſed carmē in
Quod abit, mereret aureas (auras
Lucis habere notas:
Si vitæ tibi cura ſedet, quæ debita Cælo
Telluris errat in ſinu,
Ne tua crede vafræ

 Vota

(a) *Putares pœnam ipſorum criminum non aliud quàm matrem eſſe vitiorum.* Salui.de Prou.
(b) *Tormentis noſtrarum iniquitatum, &c.* Salu. ibid.
(c) *Ænigma facta eſt miſeria noſtra.* D.Io.Chry. ho. 1. ad pop.
(d) *Amor temporalis telis, facibuſque inſtructus depingitur; quia illicitis amoribus ſemper iunctus eſt gladius.* D.Zeno ſer. de fide, &c.

Vota voluptati; variet licèt improba vultũ (a)
Sincerus haud vllus color,
Floret amabilibus
Moribus illa ſuis, ſed in ipſis floribus urit:
Neu fide turbæ, degener
Riſus in ore micat,
Sæper & inuito admittit noua gaudia vultu; at
Cum læta ſplendent lumina,
Intus alunt lacrymas:
Aſpice: inauratis intrat qui cornibus vrbem
Longè ſonante tibiâ,
Victima taurus erit: (b)
Nobilis ornatum expectat laniena; per ignem,
Et per iterata vulnera
Pabula laudis amat:
Sic toto (c) dæmon referet de corde triũphũ
Emancipat cum pectora
Dura libidinibus.
Florigeras frondes, ſed non ſub frondibus ha-
Cernis latentes Mænadum; (ſtas
Quæ tua corda petunt:

Quæ

(a) *Tentatus eſt Samſon illuſionibus, & à mænade illa furioſa Dalila oculis eſt excæcatus, alienigenis in iocum, et in ludibrium expoſitus: ſic enim voluptatis affectio ſuos amatores honorat.* Germanus Conſtātinopolitanus in ador. Crucis apud Grethſer.

(b) *Quaſi bos ductus ad victimam, etc. et neſcit, quod de periculo animæ agitur.* 2. Prou. 7.

(c) *Satan totum hominem ducit in triumphum libidinis.* D. Cypr. de bon. pud.

Quæ ſpecioſa vides Cleopatræ poma feruntur,
Quam poma celant, vipera
Inſidioſa latet.
Pende Voluptatem, mentis cum limine cedit;
Aut corde vecors excidit:
Nam venienti aditus
Eſt dulcis, falsâ probat exitus; *(a)* illa pateſcit,
Cum deſtitutâ è perditi
Pectoris arce fugit:
Vt premat, illecebris nos allicit illa doloſis,
Et vulnus unguentis tumens
Mitigat, ut feriat:
Lumina noſtra rapit labyrinthi more; virenti
Intramus allecti dolo;
Sed labor intus erit,
Qui labyrinthus erat; varijs malè peruia ſpiris
Per tortuoſos exitûs
Corpora capta trahit:
Hoc accepit iners Boio è tortore Voluptas;
Amplectitur dum ſtrangulat; *(b)*
Baſiat, & cruciat.

Qui

(a) *Vitijs ſemper ſeruiunt blandimenta, lenocinantur dulcia.* D. Petr. Chyſol. ſer. 74.
(b) *Quocumque modo perſequitur mulier, ſi placeat, iugulat.* D. Fulgent. ſer. de S. Io. Bapt.

Qui ſua tecta fugit,
Vatis brauion occupat.

ODE
In Concionem XVII. die Lunæ poſt Hebd. III. Quadrag.

Amen dico vobis : quia nemo Propheta acceptus in patria ſua. Luc. 4.

Vates auitum linquat à tergo Larem,
Ac ſibi regna petat
Alijs ſubacta ſolibus,
Orbeſque calcet exteros : qui patriâ
Degere neſcit humo
Se conſcium Cæli probat:
Seu Liuor obſtet peſtilenti palpebrâ
Ipſa vel aſtra vetent,
Propheta nemo creditur,
Molli paternum latere qui nidum premit:
Qui ſua tecta fugit
Vatis brauion occupat:
Natiua ſtrati pluma proh quantùm nocet!
Subdola conciliat
Noſtræ ſoporem Gloriæ:
Torpeſcit illic Fama, & abſurdùm ſilet,
Deſidioſa tubam
Rubigo donec exedat:
Furare temet Laribus, hoc furto potes
Clarus adire Polum,
Magnoque diues nomine;
Ad nomen haud eſt patris è penu via;

Qui

Qui ſua ſtrata fouet
A' ſorte neglectus latet:
Troiæ niſi almo raptus Æneas ſinu
Non foret Orbe ſuper,
Supraque notus Æthera;
Se maior eſt quicunque felici gradu
Excutiens patriam
Illius arcet oſculum:
Confiſus Argo, dorſa Iaſon æquoris
Dum procul æde premit,
Vellus lucratur aureum.
Exilia mitte patria, quid vates erit?
Quid? niſi meta probris,
Et falſi apud ciues reus?
Euertat Orbis iura, ni procul tonet,
Hunc putat ore ſuum
Plebs vana mentiri Deum.
Quà gemma ſurgit, lumine effuſo micet,
Et geniale maris
Inuitet ad furtum deas,
Vt nota vulgò ſordet, ac oculos fugit,
Et pretioſa iacet
Eo loci quo naſcitur;
At tangat aulam, vertit ad ſe lumina,
Regia vota trahit,
Et cor decore faſcinat,
Auro repenſa Principis de pectore
Nobile pendet onus;
Vel addit auribus decus,
Aut ornat ut corona Reginæ comas,
Aut micat in digito
Ut nuptialis annulus.

Nata-

Natale montis planta quæ mutat ſolum,
Vberiore ſinu
Fructùs colono parturit:
Antiqua perdat nemora Vitis, obtinet
Si peregrina locum,
Famà vel ipsà nos alit,
Regumque gemmatum implet aurũ,ac ſpiritu
Nobiliore tumet,
Sparſo per Orbem nomine:
Turgent veneno Poma Perſarum ſuo
Nata ſub axe; gulæ
Fiunt,& Autumni lepor,
Vt dona menſas & ſecundas apparant,
Vt tetigere ſolum,
Cælumque videre Italum,
Argentianis quæ ſatiua collibus *(a)*
Auſoniæ in medio
Odore fragrant Perſico:
In mole languet quĩ phaſelus otio,
Trans mare fœdifragos
Si puppe ventos prouocet,
A merce diues plurima in portum redit,
Spargere diuitias
Cunctiſque gaudet vrbibus:
Marcet paternis paſtus in pratis equus;
Quem fera bella vocent,
Ad buccinæ ſonos tumet,
Dum pedibus ignes elicit ſaxis, calent
Pe-

(a) *Argentium (Arienzo) oppidum non procul Beneuento,in ea parte Italiæ,quę Auſonia dicitur, pomorum prouentu Perſicorum nobilitatum.*

Pectora ſpiritibus,
Belliqᴜe teſtantur faces.
Mutaret Orbes ni meando Cynthius
Lux ea luminibus
Mortalium ſordeſceret:
Similis Olympo ſplendeat vates, ſtatum
Si premit vſque ſitum
Sepultus in viuis putret;
Dum Regna viſit alta, & in ſuæ negat
Tecta redire domûs
Cælum fatetur patriam:
Extorris aura ſpiritum ex alto dabit:
Hinc tibi vatis honos;
Et affluet dictis decor;
Immineat hæres ædibus inhians tuis,
Si tibi tollat humum,
Arcana tu Cælo auferes:
Quem celſa terris aſtra vatem deſtinant,
Is labra lacte litus
Gremio parentis oſcitet;
At magna Cælo diſcat alieno loqui.
Clauiger ille Poli
Quem fortis Helias latet?
Ad cuius oculi, vocis atque ictum Polus
Æneus in pluuiam
Moueri, in Acab ſæuijt;
Eiuſque nutu, debitas mittant aquas,
Dum rogat aſtra ſeges
Longis peruſta ſolibus,
Inebriata riſit herba roribus;
Luxuriaret humus
Nouis vt aucta floribus;

Qui

Qui tenue vocis ſceptra concuſſit ſono,
Dilacerare probris
Aureſque Regum geſtijt;
Quem miſſus aſtris Coruus excepit dape;
Ad Baal opprobrium
Qui traxit ignes Æthere;
Hic nempe tantus Iſrael vates tremit,
Et fugit attonitus
Ad Iezabelis fulmina;
Et ad Sarephta mittitur viduæ domum, (a)
Lecythus vt ſcateat
Manſuro oliui nectare;
Cereriſque flore farciatur Hydria,
In famis exitium,
Mortale quæ torquet genus.
Horret nec vnus Orbe Iudæo lepræ
Squallidus illuuie;
Leproſus at Naaman Syrus (b)
Ad non ſibi notos Eliſei pedes
Vt chlamydem abijciat
Ex vrbe miſſus extimâ;
Iordanis amne ſepties iuſſus laui
Enituiſſe cutim
Vidit, decennis vt puer.
Quiſquis fauentis ductus aura Numinis
Exulat à patria

Oc-

(a) *Ad nullam illarum miſſus eſt Elias niſi in Sarephta Sidoniæ ad mulierem viduam.* Lucæ 4.

(b) *Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſeo Propheta, & nemo eorum mundatus eſt niſi Naaman Syrus.* Lucæ 4.

Occurrit exul Gloriæ:
elluoſum Boſphori frangat fretum
dificare nequit
Virtus Honori; ciuium
vincet odia: quorum ab inſolentia
patriæ errat inops
Æthræ fit hoſpes inclytus.
æ Saberus inter vlnas patriæ
plendida perdiderat
Miraculorum munera:
cum ſonoras inter Auſtrorum minas
Finderet Herculeum,
Timente Natura, ſalum;
atura quippe præpotens Regnum timet
Perdere, nata terit
Dum iura Saberi manus)
ox frœna Typhoni dedit, leges truci
Tradidit Oceano,
Hyemes fugauit, fontibus
luctûs & ipſis dulciores reddidit;
Sic maris eſſe Deus
Ab Orbe dictus Barbaro
Nobis vocatus vt patronus æquoris;
Indigetes alios
Tutela monſtrat vrbium: at
Tuetur Orbes Noſter à Ditis metu,
Atque habitare Polum
Indi iubet colonias:
Et perfidis infudit elementis fidem,
Ne nocitura forent,
Tanti vel vmbra nominis;
Suos vocauit Numen è terrâ ſalem:

 Sal

Hæc longè
Et ver ſecum
Ambis, Te
Ut transfund
Pleno delic
Dat non hoſp
Regnum re
In te conſtitu
Is qui regn
Te Regni, ſp
Quod cum
Urbs hîc in
Quam latè
Ut commerci
Regum div
A' gemma rà
Ex auro qu
Diverſum fluv

(a) *Ver futu*
Juſtorum. Oly
(b) *Cælum*
filijs hominum.
Cæli terræ no
eundem pſal.
(c) *O' quàm*
Aug. de viſit.
(d) *Deinde*
tit Deus hoſpi
(e) *Veni el*
meum. Eccl
(f) *Hieruſ*

[illegible]
[illegible]
[illegible] mare,
[illegible]
[illegible]
[illegible] &,
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible] Correptio.
D. Anſelm.

ODE

[illegible] XVIII. die Mart. poſt [illegible]
[illegible]

[illegible] frater tuus, [illegible]
[illegible] Matth. 18.

M[illegible] dum populus [illegible]
Expandit, dum animi [illegible] candidi
[illegible] petulantius:
[illegible] ingenij ſpargit [illegible],
O qui [illegible] ſcanditis,
[illegible] & ſic animes imbre cadentium
[illegible] civitas,
[illegible]que modis Heliogabali
[illegible] floridas:

In

œnas ſtatuit Lilia Cæſarum
ps ille furentium;
atura necem Romulidis forent
Natura dedit ioco
lgens hominum: ſtruxit edulio
uiuia plurimo,
care Roſis poſſet vt hoſpites,
nergere floreâ
peſtate, velut funebris Æolus:
is de laquearibus
quòd pluerent Lilia; cerneret,
Aurora niteſceret
rtuna ſui funeris, extulit
n limine, perfidis
ulæ foribus ſe rapiens procul;
uiſquis imagine
is florifero non timuit peti
, ſic moriens, comes
s nullus adeſt dum nitidæ dolor,
eſunt lacrymæ, locum
lugubris habet nænia, perdidit
atia funeris;
r deciduis floribus emori
luce beatius
n dum reputat vulgus inertium.
rem miſerum, cui
eſt innocui gloria germinis,
m vice fungitur
carnificis ſtrangulat Aulicos:
it riſus humi, Roſa
titur, procerum cruda tragædias
ot luctibus excitet:

Sal ideo Orbis erat
Franciſcus, at Ponti charis:
Tactum calore Phœbi amarum fit mare,
Vt docuere ſophi;
Lauda Saberi ſideris
Benignitatem, mite quæ reddit fretum, &,
Exuat vt rabiem,
Abſtergit immiti ſale;
Vt manſueſcat Indus, & ſuo feram
Diſcat ab Oceano
Auſteritatem ponere.

Vbi non eſt correctio eſt Corruptio.
D. Anſelm.

ODE
In Concionem XVIII. die Mart. poſt hebd III. Quadr.

Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum, &c. Matth 18.

MEntis dum populus ſinum
Expandit, dum animi lintea candidi
Effundit, petulantiùs.
Gratos ingenij ſpargite floſculos,
O qui pulpita ſcanditis,
Florum & ſic animas imbre cadentium
Interſtringite ciuicas,
Inſaniſque modis Heliogabali
Strages vincite floridas:

In

In pœnas ſtatuit Lilia Cæſarum
Princeps ille furentium;
Vt latura necem Romulidis forent
Quæ Natura dedit ioco
Indulgens hominum: ſtruxit edulio
Et conuiuia plurimo,
Suffocare Roſis poſſet vt hoſpites,
Et demergere floreâ
Tempeſtate, velut funebris Æolus:
Quiſquis de laquearibus
Altis quòd pluerent Lilia; cerneret,
Ac ſi Aurora niteſceret
Importuna ſui funeris, extulit
Greſſum limine, perfidis
Ex aulæ foribus ſe rapiens procul;
Ludi quiſquis imagine
Captus florifero non timuit peti
Nimbo, ſic moriens, comes
Mortis nullus adeſt dum nitidæ dolor,
Dum deſunt lacrymæ, locum
Nec lugubris habet nænia, perdidit
Vel ſolatia funeris;
Subter deciduis floribus emori
Quauis luce beatius
Secum dum reputat vulgus inertium.
Heu florem miſerum, cui
Non eſt innocui gloria germinis,
Sæui dum vice fungitur
Durâ carnificis ſtrangulat Aulicos:
Quòd ſit riſus humi, Roſa
Mentitur, procerum cruda tragædias
Cum tot luctibus excitet:

Sal ideo Orbis erat
Franciſcus, at Ponti charis:
Tactum calore Phœbi amarum fit mare,
Vt docuere ſophi;
Lauda Saberi ſideris
Benignitatem, mite quæ reddit fretum, &,
Exuat vt rabiem,
Abſtergit immiti ſale;
Vt manſueſcat Indus, & ſuo feram
Diſcat ab Oceano
Auſteritatem ponere.

Vbi non eſt correctio eſt Corruptio.
D. Anſelm.

ODE

In Concionem XVIII. die Mart. poſt hebd III. Quadr.

Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum, &c. Matth 18.

MEntis dum populus ſinum
Expandit, dum animi lintea candidi
Effundit, petulantiùs.
Gratos ingenij ſpargite floſculos,
O qui pulpita ſcanditis,
Florum & ſic animas imbre cadentium
Interſtringite ciuicas,
Inſaniſque modis Heliogabali
Strages vincite floridas:

In

pœnas ſtatuit Lilia Cæſarum
ceps ille furentium;
t latura necem Romulidis forent
æ Natura dedit ioco
ıdulgens hominum: ſtruxit edulio
conuiuia plurimo,
uffocare Roſis poſſet vt hoſpites,
demergere floreâ
Tempeſtate, velut funebris Æolus:
iſquis de laquearibus
Altis quòd pluerent Lilia; cerneret,
: ſi Aurora niteſceret
Importuna ſui funeris, extulit
reſſum limine, perfidis
Ex aulæ foribus ſe rapiens procul;
udi quiſquis imagine
Captus florifero non timuit peti
limbo, ſic moriens, comes
Mortis nullus adeſt dum nitidæ dolor,
Dum deſunt lacrymæ, locum
Nec lugubris habet nænia, perdidit
Vel ſolatia funeris;
Subter deciduis floribus emori
Quauis luce beatius
Secum dum reputat vulgus inertium.
Heu florem miſerum, cui
Non eſt innocui gloria germinis,
Sæui dum vice fungitur
Durâ carnificis ſtrangulat Aulicos:
Quòd ſit riſus humi, Roſa
Mentitur, procerum cruda tragædias
Cum tot luctibus excitet:

Sal ideo Orbis erat
Franciſcus, at Ponti charis:
Tactum calore Phœbi amarum ſit mare,
Vt docuere ſophi;
Lauda Saberi ſideris
Benignitatem, mite quæ reddit fretum, &,
Exuat vt rabiem,
Abſtergit immiti ſale;
Vt manſueſcat Indus, & ſuo feram
Diſcat ab Oceano
Auſteritatem ponere.

Vbi non eſt correctio eſt Corruptio.
D. Anſelm.

ODE

In Concionem XVIII. die Mart. poſt hebd III. Quadr.

Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum, &c. Matth 18.

MEntis dum populus ſinum
Expandit, dum animi lintea candidi
Effundit, petulantiùs.
Gratos ingenij ſpargite floſculos,
O qui pulpita ſcanditis,
Florum & ſic animas imbre cadentium
Interſtringite ciuicas,
Inſaniſque modis Heliogabali
Strages vincite floridas:

In

pœnas ſtatuit Lilia Cæſarum
ceps ille furentium;
t latura necem Romulidis forent
e Natura dedit ioco
ıdulgens hominum: ſtruxit edulio
conuiuia plurimo,
uffocare Roſis poſſet vt hoſpites,
demergere floreâ
Tempeſtate, velut funebris Æolus:
iſquis de laquearibus
Altis quòd pluerent Lilia; cerneret,
: ſi Aurora niteſceret
Importuna ſui funeris, extulit
eſſum limine, perfidis
Ex aulæ foribus ſe rapiens procul;
udi quiſquis imagine
Captus florifero non timuit peti
imbo, ſic moriens, comes
Mortis nullus adeſt dum nitidæ dolor,
Dum deſunt lacrymæ, locum
Nec lugubris habet nænia, perdidit
Vel ſolatia funeris;
Subter deciduis floribus emori
Quauis luce beatius
Secum dum reputat vulgus inertium.
Heu florem miſerum, cui
Non eſt innocui gloria germinis,
Sæui dum vice fungitur
Durâ carnificis ſtrangulat Aulicos:
Quòd ſit riſus humi, Roſa
Mentitur, procerum cruda tragædias
Cum tot luctibus excitet:

Qui tenue vocis ſceptra concuſſit ſono,
Dilacerare probris
Aureſque Regum geſtijt;
Quem miſſus aſtris Coruus excepit dape;
Ad Baal opprobrium
Qui traxit ignes Æthere;
Hic nempe tantus Iſrael vates tremit,
Et fugit attonitus.
Ad Iezabelis fulmina;
Et ad Sarephta mittitur viduæ domum;(a)
Lecythus vt ſcateat
Manſuro oliui nectare;
Cereriſque flore farciatur Hydria,
In famis exitium,
Mortale quæ torquet genus.
Horret nec vnus Orbe Iudæo lepræ
Squallidus illuuie;
Leproſus at Naaman Syrus (b)
Ad non ſibi notos Eliſei pedes
Vt chlamydem abijciat
Ex vrbe miſſus extimâ;
Iordanis amne ſepties iuſſus laui
Enituiſſe cutim
Vidit, decennis vt puer.
Quiſquis fauentis ductus aura Numinis
Exulat à patria

Oc-

(a) *Ad nullam illarum miſſus eſt Elias niſi in Sarephta Sidoniæ ad mulierem viduam.* Lucæ 4.

(b) *Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſeo Propheta, & nemo eorum mundatus eſt niſi Naaman Syrus.* Lucæ 4.

Occurrit exul Gloriæ:
Ni belluoſum Boſphori frangat fretum
Velificare nequit
Virtus Honori; ciuium
Nec vincet odia: quorum ab inſolentia
Si patriæ errat inops
Æthræ fit hoſpes inclytus.
Altæ Saberus inter vlnas patriæ
Splendida perdiderat
Miraculorum munera:
At cum ſonoras inter Auſtrorum minas
Finderet Herculeum,
Timente Natura, ſalum;
(Natura quippe præpotens Regnum timet
Perdere, nata terit
Dum iura Saberi manus)
Mox frœna Typhoni dedit, leges truci
Tradidit Oceano,
Hyemes fugauit, fontibus
Fluctûs & ipſis dulciores reddidit;
Sic maris eſſe Deus
Ab Orbe dictus Barbaro
Nobis vocatus vt patronus æquoris:
Indigetes alios
Tutela monſtrat vrbium: at
Tuetur Orbes Noſter à Ditis metu,
Atque habitare Polum
Indi iubet colonias:
Et perfidis infudit elementis fidem,
Ne nocitura forent,
Tanti vel vmbra nominis;
Suos vocauit Numen è terrâ ſalem:

Sal ideo Orbis erat
Franciſcus, at Ponti charis:
Tactum calore Phœbi amarum ſit mare,
Vt docuere ſophi;
Lauda Saberi ſideris
Benignitatem, mite quæ reddit fretum, &,
Exuat vt rabiem,
Abſtergit immiti ſale;
Vt manſueſcat Indus, & ſuo feram
Diſcat ab Oceano
Auſteritatem ponere.

Vbi non eſt correctio eſt Corruptio.
D. Anſelm.

ODE
In Concionem XVIII. die Mart. poſt hebd III. Quadr.

Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum, &c. Math 18.

MEntis dum populus ſinum
Expandit, dum animi lintea candidi
Effundit, petulantiùs.
Gratos ingenij ſpargite floſculos,
O qui pulpita ſcanditis,
Florum & ſic animas imbre cadentium
Interſtringite ciuicas,
Inſaniſque modis Heliogabali
Strages vincite floridas:
In

In pœnas ſtatuit Lilia Cæſarum
Princeps ille furentium;
Vt latura necem Romulidis forent
Quæ Natura dedit ioco
Indulgens hominum: ſtruxit edulio
Et conuiuia plurimo,
Suffocare Roſis poſſet vt hoſpites,
Et demergere floreâ
Tempeſtate, velut funebris Æolus:
Quiſquis de laquearibus
Altis quòd pluerent Lilia; cerneret,
Ac ſi Aurora niteſceret
Importuna ſui funeris, extulit
Greſſum limine, perfidis
Ex aulæ foribus ſe rapiens procul;
Ludi quiſquis imagine
Captus florifero non timuit peti
Nimbo, ſic moriens, comes
Mortis nullus adeſt dum nitidæ dolor,
Dum deſunt lacrymæ, locum
Nec lugubris habet nænia, perdidit
Vel ſolatia funeris;
Subter deciduis floribus emori
Quauis luce beatius
Secum dum reputat vulgus inertium.
Heu florem miſerum, cui
Non eſt innocui gloria germinis,
Sæui dum vice fungitur
Durâ carnificis ſtrangulat Aulicos:
Quòd ſit riſus humi, Roſa
Mentitur, procerum cruda tragædias
Cum tot luctibus excitet:

Et vitam violæ ne doleant breuem;
Cum vitalibus exuant
Ipſæ auris hominem; & Lilia, quæ colunt
In pulchris iuuenes genis,
Conculcent pluuio turbine fœdiùs.
Hæc quis monſtra redintegrat?
Quid commune neci, & floribus? ò pudor
O linguæ vitio ſcelus
Fœlix plus nimio? (a) prævalido carent
Dum cenſore libidines,
Ac impunè tenet furta rapacitas:
Vati credite, poſteri,
Dum Princeps temerè floribus vtitur,
Feſtiuum in populi dolum
Tam crudelè iocans Heliogabalus,
Cœli non ſine Numine,
Expreſſit comici crimina pulpiti,
Sacrorum & ioca rhetorum, (b)
Qui perdunt animas, dum tumulant ſcelus,
Iactâ in delicias Roſâ,
Et mittunt Tulipas in capita vrbium;
Miſſa oracula cælitùs
Importunus vbi ludus adulterat,
Torquet ſenſa, procacibus
Et ſpargit populis digna fauoribus:
Fruſtrà pulpita tundimus,

Ni

(a) *Peſtifera planè patientia, quæ ſibimet, peccatis alienis parcendo, non parcit.* D. Leo ep. 16.

(b) *Non iam Sacerdotes, ſed rhetores quæ-runt, ſic eos erudiuimus.* Greg. Nazianz. or. 150.

. Ni linguæ gladio culpa reciditur: (*a*)
I blandire Cupidini,
  Palpentur vitia, & dedecora vrbium,
Sit certamen, amabili (*b*)
  Quis fallat prologo blandiùs. vritur
Non ſic plebis inertia:
  Non ſic patritium corripitur ſcelus:
Sic diuina retunditur
  Seruili eloquiorum obſequio Fides.
O quiſquis petis impios
  Mores, & ſcabiem tollere criminum,
Ac euincere rhetores
  Priuatus celebres, deſtruere elegans,
Sit limæ ſimilis tua, (*c*)
  Sæuis qualis ineſt lingua Leonibus,
Quæ rubigine tergeat
  Mores, illuuiem tam faciles pati,
Aut ſcitè poliat rudes;
  Nec Pardo abſimilis crimina mordeat;
Duræ ſic animæ decor
  Se quamquam in melius flectere ferreus
Fiet ſplendidus artium:
  Non ferro, aſt Ephoris Imperij decus,
Sparte debet, & arrogat

(a) *Gladium ad occaſionem*, & *canes ad latrandum* Hierem. 15.

(b) *Adulandi certamen eſt*; & *vnum officium, vna contentio, quis blandiſſime fallat*. Sen. l. de ben. cap. 3.

(c) *Linguæ Leonum* & *Pardorum imbricatæ aſperitatis*, & *limæ ſimiles*. Plin.

Cenſorum arbitrio Roma potentiam:
Hæc olim monitu potens
Dum pubem egregijs moribus educat
Orbis limina barbari
Quàm bello potiùs conſilio domat:
Exprobranda licentiæ
Sunt fomenta, Venus quæ ſibi vendicat:
I, Falcone potentiùs, (*a*)
Ac Vmbro Ichnobate, & Lælape duriùs,
Et clamoſiùs Ornitho,
In tot bruta latres crimina: montibus
Si quos Corſica parturit,
Belluarum vel alit cæde Britannia,
Impreſſit canibus fera
Dentes lethiferos, vulnera pectori
Lingendi officio eximunt:
Suffragante, viri, voce ſed acriùs
Curant crimine faucios.
Aulæ nec vitijs lingua medebitur
Inter murmura ciuium,
Dum ſub dente tremit Fama, loquentium?
Prudens temporis arbiter
Cur non iure gemat: væ mihi, crimina
Nutriui, vt tacui: viden (*b*)
Vt latè ſcelerum ſemina germinent,
Allatura nepotibus
Meſſem dedecorum! triſtibus argui
Paſſim cum populis ſuper
Sic impunè frequens regnat Iniquitas,
De-

(a) *Canes muti non valentes latrare*. Eſai. 56.
(b) *Væ mihi quia tacui*. Iſai.6.

Demens ſi Taciturnitas (a)
Fauit criminibus, ſanguinis es reus:
Hic ſuccumbit honoribus;
Illum nigra rapit flamma libidinum;
Fuſi in vortice ſanguinis
Hunc vindicta adigit naufragium pati;
Ast is diuitijs ſimul
Fertur cum vitijs trans mare Balticum;
Tu fontis capiti aſſides,
In portum reuocas nec temerario
Quæ paret Boreæ ratem:
Aſt imples Zephyris vela ferentibus.
Cenſor, dic age, viſitas
Quæ tanta eſt animarum! in ſcelerum iacet
Gens demerſa voraginem, (b)
Nec de flagitijs eruis hoſpites:
Rides, dum pueri choros
Ducunt in Barathri margine; naufragus
Pallet Gaulus in æquore;
Et funem miſeris tendere diſtines:
Cœli ne eſt odium, an pudor?
Cuius perpetuo ex vbere Gloriæ
Mortales procul abſtines,
Quos parto poteras inſerere Ætheri, &
Diuûm concilio aſperæ
Linguæ ſuffragio: & reſpicis, & taces

Tot

(a) *Si non annunciaueris iniquo iniquitatem ſuam, ſanguinem eius de manu tua requiram.* Ezechiel. cap. 3.

(b) *In prauis actibus iacent, & correctionis manum non tendimus.* S. Gregor.

Tot probra! indocili ſuâ
  Qui virtute lapis iura dat Africo,
Cauri ſrœnat & impetum,
  Linguę non humilem præſtat imaginem,
Enatum nec humi ſinu,
  At lapſum Plinius ſancit ab Æthere;
Quæ nempe eloquio ferox
  Altos lingua valet frangere ſpiritûs,
Flantes pectore turbidùm,
  Inſanas iuvenum quæ Boreas regit,
Regnat latiùs Æolo;
  Quamuis Æolijs ille potentiam
Septem iactet in inſulis,
  Et cogat Zephyros imperium pati.
Mundus ſcilicet vt puer
  Depulſus tenero matris ab vbere
Riſu viuit, & aurium
  Captat blanditias, dulcia credulis
Ambit pabula faucibus.
  Quid ni, ſic faciles ergo ſuroribus
Aſſentemur amantium
  Tam dignis odio? pellicis artibus
Demus perdere liberos;
  Et nato ſenior parcat adultero;
Dum ſcortantur, edonibus
  Ne reclamet aui cura nepotibus:
Immo fulminibus manu (a)
  Armatà in ſcelerum perniciem tonet.
Fulmen quis mihi commodet
  Nathani! ex oculis quo procul excidit
Ieſſidæ attoniti ſopor,
  Captus non licitos inter amaſiæ

Am-

Amplexûs: vigilem tori
  Ad ſpondam doluit crimen, inobruti
Et veſtigia criminis
  Deleuit lacrymâ: Regis & in ſinum
Quærens viſcera perfidus
  Migrauit gladius, victima Cypridi
Per quem concidit Vrias;
  Dauidis trabeatum vt tegeret nefas:
Versâ at cuſpide regium
  Pernox vt foderet pectus adulterum:
Aron ò vbi gentium, (a)
  Qui Vibret poſitam ſub diademate
In Regum faciem minas;
  Et dicto incutiat vim Pharaonibus:
Cur non huc Phinees redit? (b)
  Qui frigere preces poſt vbi ſenſerat
Contra nequitiæ faces,
  Confodit frameâ luxuriæ reum:
Ipſo latius Æthere
  Nunc in Theodoſios Ambroſius tonet
Ac altos, anathemate
  Euibrato, apices fulminet Imperi:
Nunc Eudocia ſentiat,
  Si quæ viuit adhuc impia, ſi rapax,
Quid Chryſoſtomus intonet,
  Ludos ad ſtatuam dum fieri, vetat:
Sunt arcenda libidinum

Sci-

(a) *Rarus Aaron qui coram Pharaone comminationes edicat.*

(b) *Rarus hodie Phinees, qui perfodiat impudicos.* S. Cypr. de Ieiu & tent. Chriſti.

Scitamenta; pedes ſeu choreis calent;
Seu Sirenas amabili
Lais perfidiâ vincere deſtinat;
Vt falſum iuvenes melos
Monſtro deterior fundat in hoſpites:
Seu chordâ Lalage lyræ
Delirantem animum quò libuit trahit.
Fiat nec rea lenitas
Matris, quòd monitis inſerat oſcula.
Quid ni fœmina, liberis
Cum ſuccenſet, amet? quid viduæ furor
Natos terreat impotens?
Non hæc, cum ſtimulat pectora, vulnerat:
Quid ſæui genitor fremat?
Si tanti opprobrio non ſine nominis
Sacri rhetores, omnium *(a)*
Primi, nota fouent probra ſilentio:
Ediſcenda ſequacibus *(b)*
Tranſmittit populis crimina, ſæculi
Qui parcit vitijs, mali
Vt ducatur aui vita nepotibus:
Si ferrum ſanies petit,
Turgeſcens aperi vulnus: ab vlcere,
Vnguentis quod alas, cito *(c)*

Ne

(a) *Quiſquis patitur peccantem, is vires ſubminiſtrat audaciæ.* D. Arnobus in vita D. Epiph.

(b) *Vitia tranſmittit ad poſteros qui præſentibus culpis ignoſcit.* D. Ennod.

(c) *Correctio eſt medicinalis vindicta terribilis lenitas, & charitas ſeueritatis.* D. Aug. contra lit. c. 4.

Ne palpata gradu Mors veniat, feri;
Si non pectora corripis *(a)*
Corrumpis; citiùs ni ferias, putrent:
Cur ſic fulmina rhetorum
In crinale vitri degenerant? ſacra
Quo ſplendeſcere pulpita,
Sermoneſque ſibi comere geſtiunt:
Ad faſtidia ciuium
Fundunt indecores verba, ſed eloqui
Cur contuſa acies iacet? *(b)*
Dum flagrant ſcelera,& opprobria aurium?
Pauli fulgur Acinacis
Si iactant, iugulent crimina gentium:
Si vos conſtituit Deus *(c)*
Vltores, grauium cur patimur bonos
Tutores ſcelerum? cubent *(d)*
Vt blandè, nitidos ite procacibus
Puluillos vitijs date,
Ac tot criminibus ſerica publicis
Ceruicalia ſternite
Alte farta, loqui quas placuit, Roſis:
Vt poſſit iuvenum furor,

Syn-

(a) *Salubriter iſta compungunt.* D. Ambr.ſer. 22.in pſal.118.

(b) *Vobis imputant, quod gladium Petri rubigo conſumit.* Petr.Bleſ.ep.1.

(c) *Eos obtinere tutores, quos magis vltores ſētire debuerant.* D.Ber.ep.ad Innoc.

(d) *Væ qui conſumunt puluillos in omni cubitu manus, & faciunt ceruicalia ad capiendas animas.* Ezechiel c.3.

Synteresis atrox dum fremit, intimis
Indormire tumultibus:
Poſcat delicias Græcia; mollibus
Ne diſſentiat auribus,
Largè nectareo flumine plenior
Sit facundia Neſtoris:
Cui plus fellis ineſt, eloquium, Atticis
Quàm de mellibus hauriat,
Eſt ſordes animorum eluere efficax:
Fert quam Florus amænitas
Te formoſa iuvet; (a) dura ſeueritas
Me laudata Catonibus:
Quid flores loquimur degeneres? tibi
Aurem Hortenſius occupet
Qua prurire ſolet; tot procerum inclytos
Sueti frangere vertices
Quòd pro me Periclis fulmina militant.
Effu-

(a) *Virtutem Sanctorum non eſſe ſine aculeo.* **S. Ciril. Alex. in Ioel.**

Effugere eſt triumphus. *Hor. od.* 4. *l.* 4.
In malæ conſuetudinis irritamenta.

O D E
In Concionem XIX. die Merc. poſt Hebd. III. Quadrag.

Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum: cæcus autem ſi cæco ducatum præſtat ambo in foueam cadunt. Matth. 15.

QVò quo proteruo te rapit cohors gradu
Damni imminentis inſcium?
Si Stare præſtat, (*a*) lubricũ caue, puer,
Dum nutat in ſicco ſalus;
Impube quid iuuat Deum Cæleſtibus
Ornaſſe pectus dotibus,
Quid & dediſſe tuis colorem moribus
Sacrâ è Pudoris purpurâ,
Harpyia ſi te turpat obſcænâ lue,
Additque labem ſenſibus,
Et à caterua blandienti ciuium
Fauces in Orci truderis?
Times cometæ virulenti lumina,
Qui damna ſpargit vrbibus,
Comam nec horres, quæ procaci pupulâ

M Tuo

(a) *Quantum poſſumus à lubrico recedamus, in ſicco quoque parum firmiter ſtamus.* Sen. Ep. 116.

Tuo venena pectori
Infundit (a) ipſo vel Dracone ſæuiùs:
Aures doloſo Carmine
Si blanda Siren inter vndas pellicit,
Ne præda fias cantibus,
Fugis Ceraſtâ ſibilante longiùs;
Monſtrum nec arces perfidum, (b)
Opes pudori quod decoras eripit,
Ipſi inuidendas Ætheri,
Quod & pudicæ mentis inceſtat ſinum
Libidinoſis cantibus;
Monſtrum, venuſto quod viros rictu allicit,
Animique conſtuprat niues
Quouis procacis vngue peius belluæ,
Roſtro vel effoetæ Suis;
Monſtrum, loquelæ te quod afflatu priùs
Dementat, & poſt enecat (c)
Præſteris ore (d) vindicantis ocyùs
Pa-

(a) *Neque enim feræ ita pungunt, vt hominum improbitas: illæ venenum apertè præſeferunt. hi autem inſenſibiliter, & abſque ſtrepitu virus quotidiè immittunt.* D. Io: Chryſt. in Pſal. 4.

(b) *Fuga hæc fœcunda virtutum eſt, non effœta meritorum.* D. Ambr. l.de fuga ſæc.cap.6.

(c) *Eſt peſtis, quæ ſubtiliter intrat, & mentem occupat.* D. Bern. cap. 29. de inter. dom.

(d) *Libidinum morſus nemo euadit illæſus.* D. Cypr. l.de ieiu.& tent.Chriſ.

(d) *Hoc certaminis genus fugam potius quam aſſultum requirit.* D. Cypr. ſer.de ieiun. & tent. Chriſ.

Paſtoris ictum Punici:
Fatalis inuolucra retis *(a)* in manu
Cupido geſtat ſubdolâ,
Quantumquè vulgus ille fallit paruulus!
Quantuſque ludit! aucupi
Ne te puellæ crede, vultûs illices
Offert volucri credulæ,
Vt Captet alas inter eſcæ præmia:
Quis pugnet illi? ab artibus
Quis ſe tegat? ſub retibus ſuos gerit
Crines, odoratum nemus;
Venationis vt per anſam promptiùs
Periura fallat hoſpites:
Dum luculenta pectus à nubecula
Vmbratur, & furtim nitet; *(b)*
Candentis offert hoſpiti ſinûs niues,
Pudoris intactas face,
Adulterinis attamèn ſpargit genas
Laſciuientes ignibus,
Hoc peior Ætnâ, dùm niui ſeruat fidem,
Et igne torret, & niue;
Eſt ignis ille peſtifer, viſu nocet,
Leuique contactu necat;
Eſt illa nix colore tetrior picis,
Et tingit, èt culpas olet;
Silex ſit ille rupe natus horridâ
Soluetur igne palpebræ,
Captus tepeſcit ſi decore luminum,

M 2 In

(a) *Pudicitiæ venatrices*. Petron. in ſatyr.
(b) *In nebula linea ventum textilem indutæ*. Petr. in ſat.

In fronte quæ Phrynæ nitent:
Heù quòt viri tenaciori perfidæ
Viſco retenti Thaidos (a)
Volatum auitæ non ſequuntur gloriæ; (b)
Hinc præda fiunt Tartari;
Nam quot ruinas moliuntur Inferi
Procacis ore Laidos,
Sagaciores quas nequirent dæmones
Ad vmbilicum ducere:
Nèc illa tantùm tela vites, cum dolent,
Cum pectus aut torrent faces:
Nàm ſicut anguis paſtor afflatu cadit, (c)
Aut peſtilenti ſibilo;
E mentis alto decidit puer ſtatu
Prauo ſodalis halitu:
Vuæ colorem ſicut ex vuis trahunt, (d)
Et plura putent morbidum
Si poma tangant, totus èt latè perit
Grex

Hæc ſunt deſideria viſcoſa. D. Greg.

(a) *Aucupium animarum*. D. Clem. Alexan. l. 3 poed.

(b) *Experto crede, coram Deo non mentior, Cedros Libani ſub hac peſte cecidiſſe, reperi; de quorum caſu non magis ſuſpicabar, quam Hieronymi, aut Ambroſij*. D. Aug.

(c) *Flatus ille peſtifer etiam longe poſitos inficit*. D. Cypr. de ieiun.

(d) *Sumuntur à conuerſationibus mores, & vt quædam in contactu corporis vitia tranſiliunt, ita animus mala ſua proximis tradit*. Sen. l. 3. de ira cap. 4.

Grex tabe correptus, pecus
Si languet vnum, & affricat turbæ luem
Contaminari neſciæ:
Sic criminoſus ducit vt gregem puer,
Labes adhæret aſſeclis:
Mortale quot quot damna diuexant genus,
Vitio cohortis nos premunt;
Per quam medendo deſinit fieri locus, (a)
Fiuntque mores crimina:
Cantu volucres ales ùt pellex trahit
In captioſam compedem,
Et vox Dalilæ ſic reducit hoſpites
In dura amoris vincula.
Ducebat olim Pica ſub ſera dies
Secura de laquei dolo; àt
Inauſpicati elapſa ab vmbrà carceris,
Cæloque tracta libero
Ad concolores tranſijt vecors aues;
Sed artibus prenſa aucupis,
Voracitatis cæteræ pœnas luunt
Dùm diminutæ verticem;
Exclamat: à Conſortio caue malo;
Hoc docta carmen ludere
Tecti ſub vmbrâ cùm ſederet, cratibus
Detenta puerorum ioco:
Ac eruditæ cautionis præmio
Vitæ beatur munere,
In viminalem mox libens caueam redit
Victura documento vrbium.

(a) *Tunc deſinit eſſe remedio locus vbi quæ fuerunt vitia mores fiunt.* Sen. in prou.

Damoclis Gladius.
In Carolum Nauarræ Regem.
Qui dum ardet extinctus eſt

ODE

In Concionem XX. die Iouis poſt Hebd. III. Quadrag.

Socrus autem Simonis tenebatur magnis Febribus. *Luca* 4.

Febris noſtra Libido eſt, Febris noſtra Luxuria eſt. D. Ambr. l. 4. in Luc. cap. 4.

MAcerat egregiũ (*a*) rabies laſciua decorẽ,
Et mens labaſcit ſpaſmate,
Sæuus vt vrget amor;
Ille valet ſtantes Mundi inclinare columnas,
Summiſque vires excupit
Frangere verticibus:
Fatali furioſa Manu Bellona pepercit
Quibus nocere geſtijt

Per-

(a) *Cupiditatum infeſta rabies.* D. Cypr. de bono Pud.

Pernicioſa Venus;
Incly tâ magnorum timuit nec nomina Regũ;
Afflixit & humo Principes,
Quos ſolio abripuit:
Fata Nauarræi moneant nos horrida Regis;
Infandus hunc luſtris datum
Debilitarat amor; (a)
Robur vt infractũ inſtauret Medicina, vetuſtas
Excuſſit artis pyxides:
At medicaminibus
Ter reuocata negat virtus exhauſta reponi
Libidinoſis artubus:
Pæonis ecce nepos
Reſtituat vires (b) vt vitea lympha caducas,
Supra Galeni dogmata
Extulit ingenium;
Et diſtillato perfundi lintea Baccho,
Queis Caroli circumſuat
Languida membra, iubet;
Artifici, poſſit qua fila recidere, forſex
Inauſpicata deficit;
Admouet ergo facem
Is filo, quo pendet acus, quo vita pependit
Abominati Principis;

Colla

(a) *His qui in delicijs, & in luxuria vitam degunt, ſenſus ipſi tardi, graues, & obtuſi,* D. Io Chryſ. ho. *quod nemo læditur, &c.*

(b) *Pocula vitea pro vino poſuit* Virg. 3. Geor. *ita etiam lympha vitea pro lympha quæ ex vino extrahitur.*

Colla libidinibus (a)
Qui ſua ſubdiderat fœdis:dum ſplendida Regñ
Vincit Voluptas, exulat.
Mens generoſa: febri
Dum blãda delirat Amor:ſed vt audiat Orbis,
Subtiliori è licio
Regia fata regi,
Mox vitalis aquę rapuere volumina flammas,
Et vſtulatus interit
Rex medicam inter opem:
In Veneris vixit flamma, moriturus in vnda
Ardente, ſacra perditæ
Victima Luxuriæ. (a)
Luxuries tua *Febris* erat, ſi, Carole, neſcis;
Quæ, dum rigeſcis, perfido
Exedit igne iecur:
Quæ te laſciuo labefecit frigore *Febris*,
Fuit *Libido*, & ſordidas (c)
Miſit in oſſa faces.
I nunc Fortunæ blandum circumſpice fulgur,
Quo vultus ardet Cæſarum;
Eſt nitor ille facis;
Splendet, & abſumit: Sortis venerare clientes,
Tot

(a) *Coronæ imponuntur capiti; vt victoriæ ſigna ſint: cuius nam rei gratia coronatus incedet, qui ſua fœdæ libidini colla ſubdiderit.* D.Io:Chry hom.9.ep.1. ad Titum.

(b) *Luxuriantes in vltimum incident exterminium* D. Io: Chryſ.

(c) *Quia luxuries immedicabilis morbus eſt*. Clem. Alex. l.2.Poed.

Tot Damocles, mors imminet
Vel quibus è tenui;
Stamina ne molli ſubtexi Regibus auro,
Credas, ſecare prouida
Quod Lacheſis paueat:
Ducere vel ferro vitalia texta Cyclopes,
Quod nec ſecuri cædere
Atropos ipſa queat;
Pendent è filo, ex facili quod rumpitur, ignis,
Si lamna deſit ferrea,
Munia ſupplet edax:
Nã fremebunda tibi ſi viſcera mordeat humor
Rubiginoſus, cedere
Artibus indocilis,
Quas callet Medicina, tumens vel bile, virenti
Vel à veneno noxius
Corda dolore premat,
Vel latus infeſtet fatalis calculus, vrgens
Aut vis maligna febrium
Torreat oſſa, cades
Succiſo vitæ tenebroſa in Tartara filo,
Quæ Gordianis creditur
Stricta ligaminibus;
Non opus eſt vibres metuendũ Cęſaris enſem,
Aut Caſtriotæ brachium,
Si lacerare iuuat
Ilicèt vno ictu pretioſæ ſtamina vitæ,
Telum, puella ſufficit,
Quæ muliebre gerat:
Lucia nam mactatur acu, nec profuit alti
Eſſet quòd Aureli ſoror
Cæſaris, Imperium

Lege

Lege ſupercilij, qui mouerat, arma per Orbem
Victorioſus ſparſerat,
Monſtraque terruerat:
Vel filo, vel pendet acu ergo vita: voracis
Sic impediret limina
Cum pilus œſophagi,
Immeritum lethi Fabium ſubitaria Romæ
Vis ſtrangulauit principem;
Penditur ergo pili
Splendida vita, necis per tot diſcrimina, Re-
Non poſſe, falſum eſt, funditùs (gum: &
Ni ruat aula, premi:
Occidit iuvenem nam crudior aura. quid vltra,
Quod fata poſſunt cogere
Vt timeamus, erit?
Dum ſplendet de crine vigor Samſonis, in ipſo
Eraſa virtus excidit,
Quæ tremefecit humum;
Sic diuina illo defluxit ab Hercule virtus,
Qui brachio Philiſthijm
Præcipitauit opes;
Inſidioſa manu toties qui vincula fregit,
Vt verberaret hoſtium
Perfida terga metu;
Ac monuit Numen Te, qui durabile robur
Iactas, & Argantis grauem
Exuperare manum,
Quòd fragili tua vita nitet ſuſpenſa capillo,
Ferro, latus quo cingitur,
Quæ ſtabilita viget;
Quæ, velut aſtrologi ſpargũt, pendeſe minatur
Nutu fauente ſiderum,

At

At dominante Ioue:
Quæris ab ignaro cur pulchra vocabula Cœlo?
Nugas & in vulgus ſeris;
Vt ſpecioſa tui
Corporis è ſtellis veniens appareat umbra;
Tuiſque ſudent viribus
Iuppiter, atque Venus?
Vane, catenato nexos Adamante ſauores
Potentiorum iactitas:
Suſpicione tamen
Qui poſſunt ſolui: vacuis quid poſcis ab aſtris?
Fortuna villo pendula
Si tua membra trahit.

Cor ideo triangulare eſt, vt impleri non Orbis terrarum circulo, ſed ſolo diuinæ Triados poſſit illapſu.

O D E

In Concionem XXI. in die Ven. poſt Hebd. III. Quadrag.

Omnis qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum; qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Io.6.

Nil mortale ſatis beat:
  De Cælo ipſe pluens delicijs Deus (a)
Nos implere ſuis poteſt:
  Si quis de ſuperis fontibus hauſerit
Pellet trans Erebum ſitim: (b)
  Si quis terrigenâ traxerit è lacu
Exardeſcet ab integro.

In-

(a) *Feciſti nos, Domine, ad te; & inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te.* D Aug.

(b) *Vis eſſe melior te, & quæris ea, per quæ id ſiat, deteriora te.* D.Aug.

Inflat, non ſatiat, non tenet, occupat *(a)*
Orbis pectora gaudio:
Spectas, vt rubeat corde triangulus
Immenſæ Triados capax?
Utque Orbis ſpecies ſphœrica non capi
Terno ſit potis angulo;
Sic replere nequit cor, ſcateat licèt
Orbis blanditijs: date *(b)*.
Quantum auri è caueis verritur Indicis,
Pallens cum Stygijs caput
Foſſor de latebris extulerit; Dei
Eſt quicquid breuior manu
Longam lætificat non animi famem:
Inſtar pectora feruidæ
Ollæ delicijs turgida fluctuant:
Vt deferbuit, ignibus
Motis, lympha tepet dimidio minor:
Sic mentis calor vt ſedet,
Tum latè vacui quærimus improbæ
Indulgere licentiæ; *(c)*
Et miſcere nouis viſcera gaudijs:
Dic Craſſis opulentior
An imber tibi cor aureus impleat?
Aura impleberis ocyũs, *(d)*

(a) *Inflari poteſt, ſatiari non poteſt* D.Bern.

(b) *Quæ eſt iſta, rogo, animarũ inſania, acquirere aurũ, & perdere Cœlũ.* D Aug. ſer. 23. de ver. Do.

(c) *Poſſeſſa onerant, amata inquinant, amiſſa cruciant.* D. Bern. ep. 104.

(d) *Non priùs ſatiabuntur corda hominum auro, quàm corpora aura ſatientur.* D. Bern. de conu. ad Eccl. c. 21.

Auri quàm liquido flumine: farſerit
An Gangis tibi gemmea
Tempeſtas genium? ſanguine turgidus
Cum de fœnore diſputas
Enarras vigilum ſomnia, non tua *(a)*
Oſtentas patrimonia:
Debes ſi cupidis furta nepotibus
Hîc quæſita relinquere, *(b)*
Cum te fata vocant: dicat & otio
Laſciuo datus vrbium;
Ars an ſufficiat tota Cupidinum
Inſeruire caloribus,
Queis accenſa fremunt pectora? num Paphum
Linquens ſit ſatis & Venus?
Da tu, qui ſuperas gutture perfidam
Vel Scyllæ rabiem, rotans
Cum tortis miſeras vorticibus rates
Nautas cum ratibus vorat,
Quot ſudata coco fercula leniant
Latrantis fremitum gulæ, ut
Cœnas in nimio crudus Apolline?
Quò quiſque inſatiabili (c)
Infundit genio plurima, flagitat
Senſus plura, voraginem

Nec

(a) *Diues cum dormierit, nihil auferet: aperiet manus ſuas, & nihil inueniet.* Iob.27.

(b) *Hic acquiruntur, hic relinquuntur; ſomnium igitur loqueris non patrimonium.* D. Ambr. l. de Naboth.c.6.

(c) *Ad imaginem Dei facta anima rationalis cæteris omnibus occupari poteſt, ſatiari non poteſt.*

Nec farcit ſtomachi, gliſcit amor dapis,
Lucrique, & Veneris furor,
Gliſcentemque premit luxuriem fames
Vitæ non ſine tædio:
Quò quis bruta fugit gaudia fortiùs, (a)
Dat Cæleſtia pleniùs
Numen ſiderea diſtribuens mânu:
Radix praua libidinum
Extirpanda, fibras vellere funditùs
Debes nequitiæ, arduum
Et virtutis iter ſaxa per, & vepres
Calcare indomito pede,
Si te prata manent lætitijs ſata;
Quà ſe pulchriùs explicat
Tellus Elyſio florida gramine,
Tellus parta laboribus,
Quam per dura ſuis viribus occupant
Heroes: rudis agminum
Primùm Nobilitas ſordet, inertium
Hanc vulgus ſequitur, tenax
Ad ſe cuncta procul ducere crimina,
Et tantùm ſceleris memor
Claras Semideum ſpernit adoreas;
Frœnum flectere neſcius
Poſcit fœda puer munera Cypridos,
Cum præludere bellico
Fortis debuerat dextera pulueri;
Dirâ cautiùs Aſpide
Tergum vitat equi, currere callidus

N 2 Pigro

(a) *Unde iniquitatis ſtimulos paſſi ſunt inde pietatis lucra merentur.* D.Greg.Pont.

Pigro ſtratus in eſſedo;
  Ut frontem fugiat tingere ſolibus,
Os nec puluere ſordeat:
  Non enſis iuvenes enecat, at gula,
Et laſciuia peſtibus
  Diuexata ſuis; indocilis premi
Latè creuit vbi Venus,
  Accreuere ſimul mox Veneri mala,
Luxus creuit & artium;
  Clam nos deficimus, ſed ſenio priùs.

De-

Deſerta Tellus Cœlo aulico lætior: In Theodoſium Imperatorem.

Dum aula peregrinatur in montibus apud Monachos hoſpitem.

O D E,

In Concionem XXII. hebd. IV. Quadr.

Ieſus autem cum cognouiſſet, quòd venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterùm in montem ipſe ſolus Io: 6.

THeodoſius Monachi tutã cũ ſtaret ad ũbrã,
Eſt viſa Phoebi lumine
Vmbra ea ſplendidior,
Dulcis, & apta citos menti inſinuare ſopores,
Quos ſemper à turbis breues
Artubus aula dabat:
O *Montis* pia turba tenax, quã, dixit, in vmbra
Diuina ſic alit manus,
Dum procul vrbe, ſtatu
Intrepido, carpis, Cæleſtia munera, ſomnos,
Nec mentis altum Morpheus
Turbat, imaginibus.

Callidus horrendis noctis violare quietem,
Natura dum parens ſilet:
Sollicitudinibus
Vos ſine regnorum dormitis: natus in aula
Hic ad ſoporem lumina
Fallere non didici:
Regia menſa gemit peregrino ſplēdida luxu,
Et diues auro, ſed dapes
Non ſine tango metu:
Vaſra dolo extortis radiat cum riſibus aula
Non fido, tunc nimbos parat:
Nubila ſic vlulant
Turgida fulminibus, tellus cum luce renidet,
Dum fœderata ſolibus
Fallit hyems oculos:
Poſt vbi tempeſtas in aperto ſæuit, & alto
Ab axe ſe Cœli rapit,
Sollicitata Noto,
Vt rupes trepidant, Boreas ſi verberat Ornos,
Tonantis aut manus Iouis
Fulmine truncat Athon;
Sic quoque cum turbant proceres, infida ruinā
Fortuna dum Regi parat,
Concutitur ſolium:
Sit polus aula, frequēs vt decantamus, in aulæ
Sunt monſtra Cælo, quæ ſtudent
Nos lacerare, Tigris
Hic mala ſuſpirat crudelia, territat Vrſus
Timendus vngue, dentibus
Vallat & ora Lupus;
Qui ſtruit inſidias fremebundus ouilibus, inſtat
Inſana cum ventri fames,
Pul-

Pulcher & à maculis,
Queis tamẽ offendit metuẽtia lumina, Pardus,
Armatus & cauda Draco
Virus ab ore vibrat,
Et ſolà regnare volens Baſiliſcus arenà
Viros veneno luminum
Fortius enſe ferit.
At procul erramus (a) Cælũ cũ credimus aulã,
Eſt vnda, quæ Cœlum refert,
Eſt mare, quod placido
Officioſa Poli ſimulat cum ſidera fluctu,
Inuitat in ſinum rates
Frangat vt ad ſcopulos:
Sed tempeſtates, ventorum prælia, regnant;
Namque aula vento turgida
Plurimùm inanè ſtrepit:
Quin magis Oceano venti dominãtur in aulâ;
Si, ſicut vndas, tollere, aut
Ponere vult homines.
Ah fugite in *Montes*, (b) quid vos excantat? in (iſto
Sunt monſtra ponto; vos licet,
Iactat vt aula, hilares
Inter viuatis, muliebria ſidera, nymphas,
Sirenes illæ ſunt, dolo
Quos rapuere vorant.

Theo-

(a) *Infamat ſuperficie vocabuli veritatem.* Tert. l. 1. cap. 5.

(b) *Cape occaſionem inopinatæ felicitatis.* Tert. de pœnit.

Theodoſius Cæleſtē in montibus inuenit aulā,
Et Vrbe Regnum tutius; *(a)*
Nempe ſui domino
Gratus ineſt animo ūbroſis in *Montibus* horror,
At non quietis proditor,
Qui ſtat in vrbe, Timor:
Immotis dū cara pluit de Quercubus vmbra,
Tum Numen in noſtros amat
Se penetrare ſinûs.
Dum ſternit ſibi vota Quies ſecura: moneret
Vt criminoſos Regiæ,
Fabula ſemideos
Montibus impoſuit tutis à crimine Faunos;
Quaſi euenirent numina
In ſylüis homines
Innocuæ Cœlo vitæ ſub teſte, malignà
Ab vrbe dum viuunt procul,
Et procul à ſcelere.
Ne Reges pudeat vos, nomina Magna, fateri,
Si Maior angit vos Timor;
Hoc nec ab hoſte ſatis
Pectora defendit ſtrictis exercitus armis,
Qui non timeret maximum
Protegere Imperium:
Quamuis corporibus ſeros det pluma ſopores,
Non mollis eſt vobis torus, *(b)*
Gran-

(a) *Duci in montana pars regni eſt.* D. Hieron. in illud Matth. 17. *vbi de Domini diſcipulis dicitur: quod duxit illos in montem excelſum.*

(b) *Opes Auctoramenta ſunt ſeruitutum.* Sen. ep. 104.

Grande ferire latus
Peruerſæ aſſiduis curæ calcaribus audent,
Nec regiæ parcunt cuti:
Indus aromatibus (a)
Aut ſũmi cerebro Iouis hãc benè nutriat aula,
Succo aut perennis Iuppiter
Hanc alat ambroſiæ:
Corpore ab egregio naſcetur funereus mus,
Cui membra debent putrida
Nobile ludibrium:
Regnorum exuuias quamuis inſana poteſtas
Suſpendat à latere throni,
Non rapuiſſe valet
Terrori ſpolium, lacerat qui pectoris aulam,
Regale nec nomen, triplex
Nec diadema timet.

(a) *Nobiliſſimum quodque ferculum Iouis cerebrum veteres vocabant.*

De-

Detrahitur aulæ perſona. (a)

Cuius facies oſtenditur terrarum Orbi in Europæo Alexandro Carolo V. Imp.

O D E

In Concionem XXIII. die Lunæ poſt Hebd. IV. Quad.

Ipſe autem ſciebat quid eſſet in homine Io. 2.

Ille ſuam partis famam qui terminat aſtris,
Iuſto per Orbem contudit
Poſt vbi Marte duces,
Carolus Auſtriades, Regi cū ſceptra Philippo
Inaugurato traderet,
Fortis & imperium
Dextra reſignaret, clauum quæ torſerat Orbis,
Circum puſillo ſcriberet

Vt

(a) *Audaciùs quidem fortaſſe: ſed verè tamen hoc dicam: Dei ludus eſt homo, ludus quidem non abſimilis eorum, qui in vrbibus ſpectari ſolent: larua quædam manu, atque arte fabricata externe conſpicitur.* D. Greg. Naz.

Non hominibus ſolùm, ſed & rebus perſona demenda eſt, & reddenda facies ſua. Sen. ep. 14.

Vt ſua membra ſolo, *(a)*
Pectus &, auguſto latè quod fulſerat auro,
Non erubeſceret inclyta in-
Voluere pauperie,
Ille Orbis domitor, bello vt ſua vota domaret
Ducum inuidendo dexteris, *(b)*
Auribus intonuit
Hæc Natiꝰ Regis: victi me pœnitet Orbis,
Si me, meoſque Spiritûs
Vincere deſiero:
Triſtitiæ ſine nube dies mihi nulla refulſit *(c)*
Ex quo regenda gentium
Sors mihi frœna dedit,
Et mea Fortunam Virtus applauſibus auxit;
Numen benigna tolleret
Cum mea ſceptra manu:
Excuteret licèt ipſa ſuas mihi prodiga dotes,
Tellus, nequijt huic pectori
India ferre dapem,
Corde relegaret quæ nubila, duceret altam
Obliuionem ſenſibus,
Cum trepidis premerer:
Delicias exturba animi de limine; Parcas
Illas vt inuiſas habes:

Ocyus

(a) *Ecce quàm exigua arena nos capiat, qui totius Orbis dominium ſtultè affectauimus*. Philipp. Macedo apud Q. Curtium.

(b) *Inuiderunt habentes iacula*. Gen. 49. n. 23.

(c) *Eſt quædam viſio phantaſmatis, quæ hic oſtendit in imagine quod non habet in veritate*: D. Greg. P. I. moral.

Ocyùs ecce metunt
Et Clotho, & Lacheſi vitalia ſtamina: ferro
Nam plura deperdit Gula,
Plurima & ipſa Venus
Armata illecebris; in noſtros perfida ſensûs
Ac ſi faueret, lumina
Frontis amica mouet;
At mordacis atrox caudæ quaſi Scorpius vnco
Aperta nobis brachia
Porrigit, vt feriat.
I nunc Fortunæ culpis tu plaude, ſecundæ
(*a*) Errata Sortis barbara
Debita dona putes:
Flammea cum Regis rapiat te purpura, gèntes
In cuius ardentes ſinûs
Larga tributa vomunt,
Dum poſito diadema genu curuatus adoras,
(*b*) Spectas figuram, quæ ſtatim
Interitura tumet.
I nunc in ferro ſæuos mirare nitores
Domantis vrbes dexteræ.
Pectora celſa ducis.
Tu neſcis quæ cura coquit, quibus ille rapinis
Sortis proteruæ ſubiacet;
Lumina verte; vides,

Vt

(a) *Videntium paſſio ad id, quod cernitur tranſmutatur.* D. Greg. Naz. or. de pat.

(b) *Prætterit figura huius mundi.* D. Paulus. *Mundi ideo dixit figuram quia eius bona ſolo terminantur aſpectu, & apparentia ſunt, & nullo fundamento ſubſiſtunt.* Theophilat. 1.

Vt modò qui turmis domūit victricibus Orbē,
Plauſuque vectus vrbium
Regia iuſſa dedit,
Mœret, & illecebræ peregrino ex Orbe petitæ,
Magniſque vectæ claſſibus
Non animos referunt:
Quæ ſplendēt vnguenta vides, non vlcera, ſer-
Quæ corde furtim, & lancinant (punt
Pectora cæca dolo:
Occulto vt rerum genio ſe dulcia vertunt
In bilis inſanæ faces;
Fauce cupidineâ
Sic falſo Veneris de nectare pota voluptas
In vlcerati pectoris
Tranſit amara iecur:
Sola per anfractûs, & amantes pectora technas
In corde quid lateat, Dei
Scit reperire Manus. *(a)*
Græcia cū Rhodium miratur læta Coloſſum;
Dum quæ niteſcunt æreo
Membra decore videt;
Non videt, vt vacuos tenebræ graſſantur in ar-
Et ipſa ſqualent lurido (tûs,
Interiora ſitu:
Non videt, innectit quas intus aranea, telas,
Ac vt vetuſtis viſcera
Sordibus aucta putrent;
Quas aut Scorpius, aut rubigo, aut accumulat
Rabidas minaci dum premit (Mus.
O Cru-

(a) *Ipſe autem ſciebat quid eſſet in homine.* Io. 11.

Crure Coloſſus aquas,
Et ſtabili ſplendore volantia tempora ridet,
Dum Regna, & vrbes Martio,
Aut Iouis igne cadunt,
Immoto dum ſura ſtatu ventura minatur
Terrere longè ſæcula,
Et ſua fata, tremat.
Nãque onus indignata quatit, ſi littora Tellus,
Aut ſi procellas Africus
Mandat adeſſe, ruit.
En ſuras inter gaudet dum mittere claſſes,
Ab orbe quæ vectant opes,
Et metuenda pedum
Contemnit faſtu Neptuni regna; ſupremo
Sat occupatum Tempori
Vt daret ille locum,
Deiecit ſtatuam leuiter dum Terra mouetur;
Quam vulnerare fulmina
Extimuere Iouis.
Sacrat in Orbe ſibi plures Fortuna Coloſſos;
Pendere quorum credimus (a)
Fata ſupercilio,
Sub pedibus qui regna tenẽt trepidãtia, pectus
Queis roburatum triplici
Dum foris ære micat,
Collecta è vitijs iecur à fuligine ſordet,
Bacchatur intus turbidùm
Dum Furor, & Rabies:
Ereptas hoſti exuuias, & prælia iactant;
Spo-

(a) *Facit ſuperficies cauſarum interiora veritatis neſciri* D. Paſch. l.2. in Mat.

Spolium ſed è cunctis atrox
Mox Libitina feret.

Nouum ſub Ibero Cœlo Phœnomenon cum Philippus II. Hiſpaniarum Rex, trabeâ diloricatâ, Nato pectus oſtenderet.

ODE

In Concionem XXIV. die Mart. poſt VI. hebd. Quadr.

Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate. Io. 7.

Regia dũ byſſo inuoluit ſua mẽbra Philippus,(a)
Gemmas, & inter purpuram,
Et Phrygiana manu
Stragula ſublimi depicta; tapetia pendent
Dum belluata pariete,

(a) *Quis aſpectu primo potentium ſæculi non appeteret faſtum! quid quid in ipſo eſt arridere, & vireſcere creditur; accede tamen propriùs, & conſidera, quantis intus agitetur curis, quale etiam foris præferat germen citò periturum.* D. Laur. Iuſtin. de triump. Chr. ag. c. 4.

Artificum tabulas
Inter & inſignes auro laquearia ſplendent,
Dum dia grandium manus
Paret ei Procerum,
Venerat ex omni Regni quę culmine, Princeps
Flet, regiarum detegit
Pectus & hoſpitium
Nobile curarum, quas nutrit Iberia Mundo,
Et horret, vt viua vndique
Illuuie ſcateat;
Cordis & immineat raptim penetrare receſsùs
Ebullientes è ſinu
Sordidiore feræ:
Mox ait: en quò deliciæ! duo gignere ſoles
Quas Principum ſudant cuti,
Vt breue corpus alant
Huius, & alterius magnis conatibus Orbis;
Quid deliteſcat ſordium
Plauſibili in trabeà
Rex, & nate, vide, & locupletem deſpice ſortē,
Mortalitatis fraudibus
Quæ nequit eximere;
Crede voluptates, inſomnia picta; (a) claras
Ardente ſole gramina (b)
Interitura putes.
Illudunt oculos ſpeculorum more, ſagaces
Sunt ſenſuum præſtigiæ, & (c)
In-

(a) *Picta ſomnia*. D. Clem. Alex.
(b) *Solſtitiales herbas*. Paut.
(c) *Diuitiæ etiam cum adſunt ſpeculares quaſdam repræſentant imagines, præſtigias ſenſuum, ludibriaque inſtabilia*. Philo Hæbr. l. 1.

Inclyta ludibria.
Quiſquis diuitias Regni miratur, & aulæ
Captus decoro lumine
Iactat habere fidem
Me videat Regem, te ſpectet, Iberia; Regem
Cui ſic trucidat mordicùs
Lurida phthiriaſis: (a)
Non grauiora dabit Nemeſis monumenta per
Vt Rex coronatus ſciat (Orbem,
Non ſtabili eſſe throno:
Ille tot, ille potens regnorũ ambire ſepulchrũ
Nec inuenire cogitur:
Increpat ecce pedes, (b)
Quòd nimiũ lento proſcindant pectora roſtro,
Nec à Philippo ſpiritum
Eripere accelerent;
Dũ vorat ipſa quoque haud credit fera ſordida
Impunè carpi, regias (Regem
Nec timuiſſe manus:
Phthir pleno Auſtriaci ſatiatur ſanguinis hau-
Non cura, non exercitus (ſtu,
Id prohibere valent;
Inſultans æquo lætatur rodere morſu
Cum Rege magno pauperem,
Nec mea iuſſa timet:
Humorum en quò præcipitat diſcordia Reges!
Cum belluoſum Spartacus
Vulgus ad arma vocat
Non maiora pati poſſunt à plebe; ſed hoſtes
O 3 Quos

(a) *Phthiriaſis morbus pedicularis.*
(b) *Pediculi etiam pedes dicuntur.*

Quos Terra Regibus negat,
Dextra parit Superûm.
O ſpectare tuo ſi lumine cæca, daretur,
Potentiorum pectora:
Horridus aſpiceres
Hæc geſtare feras, quas non Hyrcania nutrit
In ilicetis montium;
Et Timor, & Rabies
Tabida continuo ſcindunt præcordia morſu,
Et huc, & illuc anxium
Dilaniant animum:
Hæc Lea, hic Vrſus edunt miſerorũ viſcera, fi-
Et mox renatis, hepati (bris
Ferre negant requiem:
Argentata ſuis catapotia porrigit aula, *(a)*
Quæ blanda fallunt pupulas,
Venter at inde fremit.
Quanta Damaſcena ſub cyclade cura puellas
Beatiores percoquit!
Quæ toga monſtra fouet!
At contrà, vilis lacerà ſub gauſapis vmbrà
Mens ſana regnat, criminum
Integer eſt animus:
Nobilis obſcurà ſplendet ſub veſte voluntas,
In fronte depreſſa excubat
Imperij genius:
Vt fragili in teſta pretioſum conditur aurum,
Abominatum villicus *(b)*
Quod

(a) *Catapotia Græcè dicuntur pilulæ:*
(b) *In teſtaceis vaſis aurum ſæpè reconditur* D. Hiero. ex Radero in virid. p. 2. fra 141.

Quod putat eſſe lutum.
Nolite à Facie in cordis penetralia viſum
Incontinentem figere:
Ni velit eſſe rea,
Deſinat inſulſo temeraria iudicio mens
Diiudicare pectora,
Quæ ſibi iure Deus
Diuino ſeruat: mentitur perfida vultus,
Nec peruias oculis habet
Pectoris aula fores:
Tunc leuis ex facili, cum cernere iactat acutũ,
Hallucinatur palpebra;
Sæpè ſupercilio
Quæ populis latè dominatur terribili frons,
Regalis in ſpeciem, omnium
Seruitium patitur,
Gaudia partiri vulgò cum iactat: at aures
Vrbanus ille poſteris (a)
Septimus excutiat:
Cum ſuperindueret ſubtili è ſtamine byſſum,
Clamabat; ecquis crederet,
Sindone ſub tenui
Tantum oneris latuiſſe! ſophòs at, Seneca, di-
Reges ab alto, & rhetores, (ſcant
Inter honorem, & onus
Splendida non ſolùm colludere nomina, rerũ
cognata at eſſe munera,
Nanque onus inſequitur
Per plateas Vrbis, ſolium per Regis honorẽ, &
Amicus ex oneris graui
Nomine manat honos.

Ho-

(a) *Vrbanus VII. Pont. Max.*

Hoſtium acie oculorum acies perniciosior.

O D E

In Concionem XXV. die Merc. poſt hebd. IV. Quadr.

Præteriens Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate. Io. 9.

VIrtutis oculi teſſeram noſtræ ferunt:
Illis iocantes ludimus, (a)
Et ludimur, vitæque iactu cælibis
Cupidini prædæ ſumus.
Quàm fuerit hæc damnoſa Dauid alea;
Nos Fama non ſatis monet;
Vt ille nudæ victus arte Cypridos
Regni in ruinam luſerit, (b)
Et teſte Phoebo, quem videre tæduit
Labem pudendam Regibus,
Ictu ſub vno luminum tres, Vriam,
Adulteram, ſe perdidit;

Pe-

(a) *O veloces iactus oculorum.* B. Valer. Epiſc. hom. 10.

(b) *Fit ludus de periculo, & de ludo periculum.* D. Ambr. l. de Tob. cap. 11.

Periculoſam vellicabas aleam, *(a)*
Rex, fortuito pollice,
Non cum voracem fortis Vrſum frangeres,
Non cùm gigantem ſterneres,
Sed cum puellam de lauacro cerneres,
Vt te grauares ſordibus;
Quas expiare non valeret integris
Iordanis ipſe fontibus:
Holopherne cum Bethulis altè ſplendido
Potens decore luderet,
Hoſtem timendum Martiali fulmine
Cepit nitore ſandalî,
Oculique Syriæ dux ab acie proditus,
Datuſque Paci victima:
Moniliumque tela ſueta ſanguinem *(b)*
Integritatis fundere
Hoſtem ferire maluerunt, Iudithæ *(c)*
Cum militarent pectori;
Deus decentes cui nitores contulit
Contra ducis libidinem
Pyrij nocentes pulueris meatibus
Cuniculi ſunt lumina: *(d)*

Vt

(a) *Fit ludus de periculo, & de ludo periculum: vitæ igitur hanc aleam rectiùs dixerim, quam pecuniæ.* S. Ambr. l. de Tob. c. 11.

(b) *Feſtiui cultus integritatem vulnerabunt animarum.* Hild. ep. 31.

(c) *Monilium tela pudori ſemper aduerſa hoſtem ferire didicerunt.* D. Auguſt.

(d) *Oculos naturales quoſdam animi cuniculos dixit* Saluian. lib. 3. de Prouid.

Vt ignis atro fœderatus pulueri (a)
Statim nec vrbes diruit,
Sed nocte ſerpit annuente fraudibus,
Incendium donec fremat,
Et ſaxa Cœlo ſpargat æſtuantia,
Turres & exæquet ſolo:
Laſciuus ardor ſic fauore luminum
Furit per adyta pectoris,
Et donec arcem Caſtitatis eruat,
Inſultat animæ dotibus:
Habet ſagittas oculus, ac ictu ferit,
Fit præda quidquid tangitur, (b)
Anima quoque, opibus nuda quæ cæleſtibus
datur profano funeri.
Quos nec Libido faſcinauit oſculo,
Impreſſo amoris pignore,
Nec ſtrangularunt helluonum munera,
Inter Lyæi compedes,
Luſu feſellit inſolenti palpebræ
Fides videre credula:
Hinc parta Diti lucra, miſeros tæduit
Cœli hinc videre lumina:
Mirmillo quondam prouocatus retibus
cum ſub theatro Luderet,
Exibilatus ſæpe plauſum perdidit
A plebe victori datum

Fert

(a) *Laſciuia vt pyrius puluis igneos habet mores.* Rert.

(b) *Oculus meus deprædatus eſt animam meam.* Thr. cap. 3.

Fert pulcher oculus rete:quot Martes capit,*(a)*
 Venereſque fallit iactibus?
Cur arroganti adulteraris palpebra? *(b)*
 Purique ſedem Numinis
Inceſta frontis polluit proteruitas?
 Cur intueris lubricùm?
Lapſurus in patentis ignes Tartari?
 Ne ſordeat animi decor,
Formas notare luculentas deſine;
 Veles pudore lumina,
Toto vagantur aſtra dum Cœlo, frui
 Si Luce præſtat Numinis;
Nec alia cladis cauſa Samſoni datur *(c)*
 Quàm curioſa palpebra;
Tu rumpe viſu fulminante vincula;
 Cur in puellæ mollibus
Fœdè laboras inuolutus crinibus?
 Ac ſi Meduſæ Viperas
Viſu teneres in lapidis vſum migras
 Humanitatis transfuga?
Acies vocetur noſtra cum Graijs κορη *(d)*

Sic

(a) *Ne capiaris retibus illius* Prou. 6. *Ipſi nobis oculi retia ſunt.* S. Ambr. l. de pœn. c. 14. *Oculus meretricis laqueus amatoris eſt.* idem.

(b) *Fornicaris oculis.* Greg. Niſſ. hom. 3. in Ecclеſ.

(c) *Videnſque mulierem Samſon dixit ad patrem ſuum; hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis.* Iudic. 14.

(d) *Oculorum iactus (vnde κορας ideſt, puellas appellamus pupillas) virgines, decet eſſe.* Iſid. Peluſ. l. 5. ep. 46.

Sic nuncupatas Græciæ
Benè ſi putas, oportet eſſe pupulas,
Vt ſunt puellæ, virgines:
In ſcorta nos abominata vertimus, *(a)*
Cum Sordido proſtant foro.
Cur ludis oculis, atque ceruices rotas? *(b)*
Vertiginem nec extimes,
Quæ te poteſt fauces in Orci trudere?
Et hæc ad aram Numinis?
Dum te minatur diſſipare fulmine,
Petis inſolentia Deum?
Cenſetur eſſe Cœlitum domus forum? *(c)*
An eſt lupanar, Cypridos
Inſigne furtis? expaueſcis, ac pudet,
Si nactus hoſpes inſcium
Te ſub fragranti riſerit libidine: at
Te Numen è tholo videt,
Quatit nec horror, dius aut vetat pudor!
Cur tot decoras intuens
Perdis puellas: parricida luminum *(d)*
Nec eſſe credis ictibus:
Viſum tabellas cur in obſcœnas iacis?
Abdomini quid accidet,

Si

(a) *Verterunt pupillas virgines in meretrices.* Plutar.de vitio Opudoſ.

(b) *Ludere oculis, rotare ceruicem.* Ambr. l.3. de Virg

(c) *Proſtibulum, tibi videtur Eccleſia, & foro ignobilior.* S.Io:Chryſ.hom.24. in Matth.

(d) *Eſſe ſe non putant oculis parricidas.* Cypr. l.2.ep.2.

Si per oculorum illuſiones, & vaſtæ (a)
Laſciuiæ phantaſmata
Libidinoſis enitentes fabulis
Calent amore parietes,
Qui ſtupra tergo penè nuda ſuſtinent,
Et tot venuſtatis probra:
Abſiſte, furtim tela ſi tela euibrat,
Offerre pectus vulneri;
Quas cernis otioſus illis naufraga-
Tabulis gemiſcet Caſtitas;
Ne fide pictæ Laidi, heu blando nimis
Credunt colori pupulæ,
Et intuentis pectus ex ipſo calens
Narciſſus vrit flumine:
En dum videtur lapſus in Danaæ ſinum
Migrans in aurum Iuppiter,
Florem pudoris, à puella diſcitur,
Qua poſſit arte vendere;
Suiſque, plaudens ſplendido Iouis dolo,
Patrocinatur moribus:
Vt ad colores ſæpe Virtus illices
Viſu petita palluit!
Quid proſtitutas in tabellis Biblides
Miraris vt in aris deas?
In corda mutus per oculos lapſus color
Heu quot tumultus excitat!
Heu quanta clades artis obtentu datur

P Pro-

(a) *Nihil habet ſtabile, atque firmum, ſed ſolum eſt oculorum deceptio.* Io: Chryſ. in 6. Gen. nu. 4. *Hi ſunt fabuloſi ſpiritus decoris, & corporearum phantaſmata voluptatũ.* D. Petr. Daman. ſer. 47.

Probis ephebi moribus!
Cur huc, & illuc auolant oculi? placens
Libidinis monſtrum caue:
Denominantur oculi ab occulo, vt ſciant
Occulta ſtare lumina.
Calcare Cæli ſi libebit limina, (a)
Obnube frontis ſidera.

(a) *Qui inclinauerit oculos, ipſe ſaluabitur.* Iob. 2. 2. cap.

Mors

Mors

Eſt certa, cum nullâ poſſit declinari viâ: Eſt incerta, ſi tempus, genus, aut locum interitùs ſpectes; Et eſt vnica: ſemel vbi morimur, non dabitur denuo viuere, vt iterum moriamur.

O D E

In Concionem XXVI. in die Iou. poſt Hebd. VI. Quadrag.

Ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuæ. Luc. 7.

NAſcentem notat oſculo (cipat:
Quẽ Lucina ſemel, (*a*) Mors ſibi man-
Vt mox falce grauis premat,
Et putri cineres diuidat Africo; &
Blattis oſſa voracibus.
Interdùm querimur viuere parciùs
Noſtri non memores luti;
Quando vrbes pereunt, quæ populis cutim
Iactant marmoream; iacent

 In-

(a) *Quocunque te verteris incerta omnia: ſola mors certa.* D. Aug. in pſal. 38.

Inter perpetuos ſordida pulueres
Regnorumque cadauera;
Ac ferrum in manibus Temporis abſcidit
Tot magna Imperia è ſinu
Terrarum; queritur murmure fontium
Inter rudera Samnium
A ſolo celebri nomine cognitum,
Poſt tot bella Quiritium;
Quin ipſa intereunt ſidera, quæ ſuis
Dum ſplendent facibus, ſibi
Trans Orbem comitant funera, dĩi monent
Immortalia ne putes:
Cliuo humana tremunt in lubrico ſita,
Et mutantur ad exitùs,
Quos fortuna ſuis vafra clientibus
Indulgens malè diuidit:
Incertum eſt Zephyris vela fauentibus
An Gaulus ferat integra,
Inſultat tumidis qui pelagi potens
Tempeſtatibus: audeat
An cæcas ſcopulorum inſidias, Notì
Inter verbera, ludere;
Typhonis ſubito an vortice proditus
Ditet mercibus æquora:
Pernox addubitas num tibi debitum
Proſcribat patrimonium
Sors, gazas aliò vt trasferat inſolens,
Theſaurum an tibi deſtinet:

An

Penè omnia ſuis mortibus viuunt: & ſtellæ funereæ facis ſolennitate in occaſus ſuos quaſi quibuſdã deducũtur exequijs. D. Zen. ſer. de Reſur.

An victor redeas in patriæ ſinum
E bello, dubius times;
An Marti ſpolium nobile debeas:
Num Victoria ditibus
Quæ dotata venit ſtragibus hoſtium
Inceſtata ſuis domum
Fœdet funeribus: num Libitina te
Rhomphæà ancipiti petet?
An non certa larem prodere principem
Imum de grege ſeliget?
An largis chlamydum capta nitoribus
Inter fulgura ſtemmatum
Falx oblita caput cædere negliget
Caſus quod ſemel obtulit? (*a*)
Fati an vim poteris ludere pharmaco?
Aut contemnere viribus, (*b*)
Quas ſternit gladius, vel febris? impotes
Cæcis tradimur obuiam
Morborum inſidijs: gaudeat integram
Vitæ cernere lineam
Chiromanta, manum dum puer explicat;
Quæ mox alta ſit, an breuis,
Prudenti ſtudeat diſcere palpebrâ:
Quàm ſit læta coloribus,
Quàm ſit recta, probet; noſcere lineam

 Re-

(a) *Inter caſus ambulamus*. D. Auguſt. de verbis Dom.

(b) *Elephas grandis eſt & occiditur: Tigris terribilis eſt, & occiditur: Leo fortis eſt, & occiditur*. Hæc dicta ſunt in ſcena alludendo ad Maximia. Imper. Ex Capitolino.

Rerum non valet vltimam:
  Vitam nemo breuem non homini rapit,
Sed nemo interitum: patent
  Huic ter mille aditûs: propoſuit Deus (a)
Firmo conſilij ſtatu,
  Mortales patrio tollere de luto.
Cerni lacteus exitum
  Hunc infans lacrymatur,ſimul ac trahit (b)
Vitam matris ab vbere;
  Flet, quòd funeribus viuere cœperit:
Vitæ nempe breuis reus
  Tanti voce mali perſtrepit auſpice.
In Febrim tibi muniat
  Vt cor, potus alat viſcera gemmeus;
Atque vt lætitiam bibas;
  Vtque auri valeas viuere ſpiritu;
Te vires vbi deſerunt;
  Aurum dextra liquet chimica; Barbarum
Et Rha, barbarie procul,
  Manſuetum medicis ſeruiat artibus;

Ex

(a) *Erras, ſi in nauigatione tantùm exiſtimas minimum eſſe quo morte vita diducitur: in omni loco æquè tenue interuallum eſt: nam vbique ſe mors tam prope oſtendit, vbique tam prope eſt.* Sen.ep. 50.

(b) *Mentiar ſi non ſtatim infans vt vitam vagitu ſalutauit hoc ipſum ſe teſtatur ſenſiſſe, ac intellexiſſe quod natus eſt.* Tertull. lib. de anima cap. 19.

(b) *Quidam augerem incommodorum vocem illam flebilem interpretantur.* Tert.ibi.

Ex te mittat vt exules
  Morbos, immeritæ rumpere callidos
Vitæ ſtamina; Balſami
  Et cures veteris membra liquoribus:
Importuna ſimul rapit
  Te mors, certa cades victima Tartaro: (a)
En, ſuſpiria qui trahit,
  Et lamenta Naim poſt feretrum puer, (b)
Nuper de choreis recens
  Gaudebat tumidos tollere ſpiritûs;
Nunc non ſpirat; anhelitûs
  Mors crudelis iter preſſit: in hoſpites
Auram vultus amabilem
  Iactabat, liquidi candidus eloquî;
At nunc pallida vectibus
  Æternis cohibet labra ſilentium:
Formam vincere Phoſphori
  Naſcentis poterant frontis in Æthere
Orbes ſiderei; premunt
  Nunc viſum tenebræ: ſparſit odoribus
Veſtimenta ſequacibus;
  Putet nunc macies horrida; geſtiens
Inſultare cadaueri
  Tabes de Laribus turbat & Hoſpites;
Et vos lubrica faſcinat
  Gratis plus nimio palpebra iactibus?

Nec

(a) *Prædeceſſores tuos ſequeris ad mortem, ad iudicem, ad æternitatem.* D. Bernar. in ep. ad Eugenium.

(b) *Materialibus quatuor ad ſepulchrum ferebatur elementis.* D. Ambr. l. 5. comm. in Luc.

Nec falſæ Veneris luem
  Horretis, putridi aut monſtra Cupidinis!
Vos illudere quæritat
  Perſonata vafris vmbra coloribus! (a)
Et vitalia, fortibus
  Quæ vitam eripiunt, lumina creditis! (b)
Quæ legem indocilis pati
  Senſûs perfida deliria vos tenent! (c)
Quid mentem attonitam rapit?
  Cur vires nimiâ poſt Venerem ſtupent? (c)
Quæ vobis mulier ſcypho (d)
  Splendenti ſtolidum pectus inebriat?
Praui nectaris, & latet,
  Excantata dari pocula faucibus!.
Hæc conuiuia macerant
  Non vires referunt, in tumulum trahunt,
Æternam pariunt famem
  Quotquot culpa ſtruit prandia ſenſibus.
Clauis vota trabalibus,
  Et ſic inſtabiles, figite Principes,
Ex Orbe ibitis exules;
  Vobis profuerint nec ſpolia vrbium
Cum Mors exuuias feret

De

(a) *Faciem, quas illis libuerit figuras, ſpeculo conciliante, ſemper incertam quotidie peregrinis coloribus mutant.* D. Zen. ver. c. de ſp. & corp.

(b) *Parua epilepſia eſt coitus.* Cl. Alex. 2. poe.

(c) *Vt bibant de aureo Calice Babylonis.* D. Hier.

(d) *Et mulier habens poculum aureum in manu ſua plenum abominatione.* D. Io. Apoc. cap. 17.

De vobis, patrio quas tumulo inſerat.
Stat ſententia, quæ tonat
Claris fuſa notis ære Corinthio:
Decretum eſt ſemel emori.
Excuſſo Aſtrologus prouidus Æthere
Pernox ſidera conſulat
Coniurata throni ponere vertices;
Quærat, quid ſolio paret
Spargens in populos Zodiacus minas;
Quidue Horoſcopus indicet; (a)
Saturnus quid agat ponè Iouis domum;
An ſol intret in Arietem;
Quàm ſit fauſta Venus Mercurio procul;
An Mars participet Iouem;
Quid motu noceat Luna retrogrado;
Quæ det munera Iuppiter;
An ſæuo intuitu Mercurius Iouem
Spectet; Scorpion occupet
An Diana trucem; pars quota fulgeat
Fortunata; quod attinet,
Toto nil ſolidi ex Æthere colliget:
Mors eſt vndique pendulo (b)
Expectanda metu: ſic dubio procul
De caligine lucida (c)
Ac immota iubet credere nos Fides;
Hic

(a) *Aſtrologorum D. Baſilius vocat Negotioſiſſimam prorſus vanitatem.*
(b) *Viuens ſemper morere, vt moriturus ſemper viuas.* Maio. in fine collat. 23.
(c) *Lucerna lucens in caliginoſo loco.* D. Petr.

Hic Horoſcopus vrbium (*a*)
  Felicem geneſim reddere par erit,
Quidquid ſidera ſpondeant;
  Quæ deſiderijs ſubdola ſeruiunt,
Orbem fallere ſplendida:
  Vitam quiſque poteſt perdere, cœperit (*b*)
Ex quo viuere; qua die,
  An lapſu intereant, an gladio, an gulâ,
Ipſo Sole palàm, nouis
  An capti inſidijs, ingluuie, an fame;
Multâ nocte premit Deus:
  Vrbs, eſt ſcena, Naim; quà lacrymabilem
Expirare tragœdiam
  Ipſam ſub protheſim cernitis; & vitro
Vitæ fiditis, inferas
  Farti delicijs in Erebi faces!
En quem per genialia
  Aſtrinxit genitrix baſia pectori,
Præceſſit ſenibus puer; (*c*)
  Poſſunt Hippocrati fata nec argui;
Hæc cum non homines citent (*d*)

Ex

(a) *Paruulis morem geram, ſacrique Horoſcopi pandam tota breuitate ſecreta.* Zeno. ſer. 5. de Neoph. Bae.

(b) *In eum diem, quem ſolus pater nouit, ſollicitudo Fidei probetur, ſemper diem obſeruans, dum ſemper ignorat, quotidie timens quod quotidie ſperat.* Tertul. l. 1. de ani.

(c) *Præueniendus eſt dies, qui ſæpe præuenire conſueuit.* D. Euſeb. Emiſ. ho. de S. Latr.

(d) *Non citamur ex cenſu.* Sen. ep. 12.

Ex cenſu; at trabeas, & triuialia
Miſcent ſtragula pauperum:
Pugnans Oceani deuia fluctibus
Si Fert naufragium ratis
Felix Ormuſiæ mercibus; altera
Portûs incolumis tenet: *(a)*
Atrâ bile tumens ſi ferit horridâ
Cælum grandine vineas;
Anno poſt ſaliet Bacchus in aureâ,
Iuſto pleniùs, amphorâ:
Quo te fraudat iners alea, furibus
A talis repetes lucrum: at
Mortis dente ſemel poſt vbi frangimur,
Nullâ vi artis in integrum, *(b)*
Inductaque iterum pelle, redibimus.
Mor-

(a) *Quis eſt enim, cui ſe Fortuna non transferat! & modò de aduerſis in proſpera, modò de proſperis in aduerſa ſcenica varietate conuertat!* D.Petr. Damian. lib.7. ep. 5.

(b) *Ne patiamur quod curari rurſus nequeat.* D. Io. Chryſ. in ep. ad Rom.

Mortalibus inuſtum ingrati animi ſtigma; cum auicula humanas imitari voces conaretur in hæc verba: Laudetur Deus. *P. Rho. exempl. vir l.* 1. *c.* 1.

ODE

In Concionem XXVII. die Ven. poſt Hebd. IV. Quadrag.

Pater, gratias ago tibi; quoniam audiſti me. Io. 11.

LAudetur Deus, alites
 Clamant dulciſono gutturis organo,
Et Cæleſtibus æmulæ
 Phonaſcis iterant cantica; tu Dei
Dextram crimine prouocas,
 Vt vibret meritum fulmen, in Æthera
Tu periurus obambulas,
 Elato reputas corporis & ſtatu
Decertare potentiæ
 Diuinæ; domus àc ſi tua patrio
Hùc deſcenderet è Polo;
 Nec Diuos tumidâ voce laceſſere
Per conuicia ſubtimes.
 Non ceſſant volucres, riſit vbi dies,
Hym-

Hymnos mittere Numini;
Inuitantque truces debita Numini (a)
Ad præconia belluas:
Tu præclara probris ſidera verberas,
Authoremque micantium
Spernis Tartareo murmure ſiderum; at
Lætas lumine de ſuo
Stellas opprobrijs tingere dùm cupis,
Iuſto pulchriùs enitent,
Et cantare Dei nomina geſtiunt
Ortu in lucis, & æmulo
Concentu ſimulant carmina Cælitum;
Plaudunt hi ſimul inuident;
Dum pæana Deo ſidera concinunt;
Hæc æternum iterant melos,
Reſpondente choris alite ſiderum:
At vir peierat, aùt tacet,
Et dùm ludibrio vocis honoribus
Cæli derogat impius,
Authori hæc tribuit munera Numini.
Terris ſpargito lumina,
Emirare, quibus prata coloribus
Pingunt ruris imaginem?
Contemplare, quibus germina riſibus
Feſtas te in choreas vocant?
E' tellure tibi gaudia quæ nitent!

Q Cer-

Pſal *Laudate Dominum de terra Dracones, &c.*

(a) *Scorpiones, ſerpentes, & Dracones inuitãtur ad laudandũ Deum, ſolus peccator ab hac ſacra chorea ſubmotus eſt.* D. Jo: Chryſ. ho. 23. ad pop.

Cernis, comit vt arbores
Ver, curuata tibi brachia porrigunt
Quæ tòt prodiga floribus!
Auro ſi tua quis ſcrinia farſerit,
Mox hunc inſeris Ætheri
Inter prima locans agmina ſiderum; àt
Quot per viſcera montium
Seruans dona Deus ſidereà manu
Venas prouidus aureas
Duxit, diuitias ùt tibi funderent!
Hinc tot millia, quæ prēmis
In capſæ rigidis faucibus: ædium
Si quis munere te beat;
Aùt te ditat agris; huic tua mancipas;
Cæleſtis Superum manu
Tecti ducta tibi machina voluitur;
Hinc diuina frequentibus
Curat non memorem dextra ſaporibus
Irritare tibi gulam;
Qui mox degenerant prorsùs in impia
Scitamenta libidinum:
Vſquè ad delicias nos amat; impares
Cæli muneribus ſumus:
Sed vox grata Deum perſonet. àt viget
Qua virtute lapis, rubrâ
Seù ſparſus maculâ ſiſtere ſanguinem
Gaudet; candidioribus
Seù venis ſterili promit ab vbere
Lac, ùt ſit puero ſatis;
Seù poſcit capitis tollere ſyncopen;
Tritus ſeù redeuntium
Arcanis febrium reſtitit ignibus:

In-

Indus mercibus affluens
  Quot nobis cumulos nutrit aromatum;
Vt feruentia perditum
  Ieiunis ſtomachum fercula fulciant?
Quòt per vulnera corticis
  Deſudat liquidis arbor odoribus;
Vt nobis opobalſami
  Vulgò lecta cutim lacryma leniat?
Vt ludum genio daret,
  Quales Orbe tibi diſtribuit feras?
Seù quæ fluctibus innatant;
  Vt faſtoſa tibi prandia præparent:
Seù quæ montibus exulant;
  Vt venantis atrox ſint iaculi iocus:
Seù quas ſylua truces alit,
  Ornent ùt cicures atria principum:
Indulgeret vt omnibus
  Se natura malis, quòt medicas opes
Herbis ſparſit olentibus?
  Quòt pinxit patulis pharmaca floribus,
Luſis dulcia faucibus,
  Viſu pulchra? taces? at nemoris ſuum
Ex vmbra reduces Deum
  Dum certant volucres tollere laudibus,
Te Cæli immemorem notant,
  Hæc quòd dona tuis contulit vſibus;
Et te ſtultitiæ monent,
  Qui cantu memorum vinceris alitum;
Mane en te roſeâ bonus
  Donat luce Deus, cuius ad exitum
Tot verſare negotia
  Curas, inde color ſanguinis effluit;

Ex quo vis animo redit:
Qui nobis trahitur ſpiritus è ſinu
Venit Numinis; è gulâ
Hic ergo quoties ducitur halitus,
Totis artubus ad Deum
Reſpirare decet, cuius amabili
Lautè munere viuimus:
Naturæ videas regna; perennibus
Ferri laudibus in Deum,
Et nos illa docet: manat amantibus
Terram dùm Polus imbribus;
Spargit grata Polum terra vaporibus,
Qui vertuntur in agmina
Lympharum, vt reduces lætificent humum:
Inter frigida fontium
Nutrit paſtor ouem, aſt exit ouilibus
Quæ fucata coloribus
Artis lana manu in ſtamina ducitur;
Caulæ vt veſtiat hoſpites,
Aulæ & parietibus ſtromata pendeant:
Nemo turpiùs interit (a)
Ingrato; Imperij è cardine prodijt
Hæc ſententia, poſteris
Antoninus eam diſcere tradidit:
Turpi & damna ſilentio
Nec deſunt: ſchedula ſupplice poſtulas;
Ingratiquè animi notâ
Deles è ſchedulæ margine munera;
Gaudet dextera Numinis
Quæ

(a) *Nullum gratiarum actioni par bonum.* D. Io: Chryſ. ho. 1. ad pop.

Quæ conceſſa tibi ſcribere : maximam
Infuſcare quid attinet
Aram fumiferi thuris honoribus?
Templi quid iuuat aurea
Blandimenta ſacris addere poſtibus?
Laudent thure alij deos,
Aùt paſtâ in viridi gramine victimâ;
Is ſacret Veneri nemus;
Hic fanum Clario ponat Apollini:
At tu Chriſtiadûm Deo
Sacrum è perpetuis laudibus immola:
Si donaria ſplendeant
Gemmis vndiquè contexta micantibus
E' templi memori tholo;
Plus *gratæ* Dominum conciliant preces:
Mundi machina, debiti
Pro templi ſpecie, non ſatis eſt Deo;
Quem præ muneribus tamen
Magnis acta breuî *gratia* demeret:
Non *grati* ſcapulam hoſpitis
Iuſſit vir Macedo ſtigmatibus premi
Sic : *Ingratus hic hoſpes eſt*.
Si tot terga notis vellet inurere,
Quòt ſunt hoc vitio, Deus,
Et ſordent fatui crimine pectoris;
Pauci ſupplicio forent
Exempti procerum : faucibus erutus
Hic mortis rabidæ; graui
Ille à naufragio liber; hic in ſinum
Telluris redit integer,

(a) *Immola Deo ſacrificium laudis*. Pſal. 49. c.

Motu rheda licèt præcipiti ruens
Fractis eiulet axibus.
Hæc inter Domini dona, ſilentij
Vnuſquiſquè reus tacet;
In ſe damna vocat ſed Taciturnitas.

Gloria mortalium bulla.

Coronato Tiridatę Parthorum Rege, non paucæ è ſpumis coronæ in Euphrate viſæ ſunt.

O D E

In Concionem XXVIII. Hebd. V. Quadr.

Si ego glorifico me ipſum, gloria mea nihil eſt. Io:8.

CVm Fortuna ſuo Parthorũ ſceptra cliẽte
In Tiridate ſiſteret,
Edidit Euphrates ſpumæ de flore coronas,
Quas miſit aulæ muneri:
Euphratiſne fuit iocus hic an Numinis? altum
Rideret vt Regis thronum, (a)
Oſten-

(a) *Tyranni ridiculi eius ſunt.* Abacuc.c.1. *Vbi Theodoretus*: *Tyranni ludibria eius*: *ſubdit rationem*: *Quia per luſum magis, quàm dedita opera, & ſeriò etiam maxima regna deleuit.*

Oſtentans inſtar ſpumæ diademata ſummo (a)
Non ſtare longùm vertice:
Spuma ſimul creſcit, quò candicat altiùs, am-
Eò interire promptiùs: (bit (b)
Eſt homo bulla; licèt ſtrictis effulgeat armis
Gemmaquè clarus plurimà
Splendeat,& populis contexto fulguret auro
Obſcurus è viuis abit:
I, Faber,& lapides rutilo conſtringat in oſtro
Alijs petitos Orbibus
Ars tua, Margaridis trabeã diſtingue, Pyropis
Incende Regis purpuram;
Qui ferus armatà procerum ſe iactet in aulà,
Orbem duello prouocet,
Ænea terrori fundat tormenta, timores
Mittatque ad Indi littora;
Quamuis ille duos auro ſpoliauerit Orbes,
Conſcendit audax Regiam (d)
Barbara fatali regnans Libitina feretro, et
A' Rege vectigal petit:
Cũ temerè diuiſit opes Fortuna, prõteruæ
Mors,

(a) *Tranſire fecit Samaria Regem ſuum tãquàm ſpumam ſuper faciem aquæ.* Oſeæ.c.10.v.7.

(b) *Spuma cum excreſcit, vt appareat, creſcendo peragit, ne ſubſiſtat.* D.Greg.lib.16.Moral c.5.

(c) *Bullæ erant, & diſruptæ ſunt.* D.Io. Chryſ.to 5.ho.in Eutr.

(d) *Gloria breuiſſimi temporis non dico cum extinguitur; ſed cũ maximè floret, tunc mihi, rogo, ipſam oſtende.* D.Jo:Chryſ. ho.59. in Matth.

Mors Sortis æquat munera:
Enitet, in toto volitant cum nubila Cælo,
Inſtar Corona fulguris;
At nitor ille minax oculos quò fortiùs vrget,
Eò recedit ocyùs;
Lumine luxuriet gemmarũ, falcis ad umbram
Emortualis intremit.
Cũ fide Romanas impleret Horatius aures,(a)
Et altiori ſpiritu
Splendida dictaret Muſarum ſcita ſacerdos
Longè ſonanti carmine,
Credite, clamabat iam plenus Apollinis; vrbes
Ritu feruntur fluminis,
Cùm ſtrepit ex altis deſcendens montibus; Ilex
Dum fertur hìc hæret vado:
Hìc rapitur verſis Quercus radicibus; Alnus
Illic reuulſa lintribus
Opponit latus, & tractas imperuia ſtirpes
Meare tranſuersùm vetat,
Non ſine ſyluarum clamoribus; vndiq; frondes
Horrore dùm quaſſæ tremunt, (b)
Et

Hor. Od. 29. l. 3. (a) *Æuum fluctus eſt rapidus.* M. Aur. Imp. *Fluxa diuitiarũ natura quẽadmodũ fluuius ex alto ruens loco.* D. Baſil. *Vides quia fluunt, non vides quia præterfluunt, fluenta ſunt quæ miraris, quomodo veniũt, ſic trãſeunt.* D. Am.
Peccatorum gloria quæ alta eſt fixa non eſt. En. Au.
(b) *Iudice Ariſtophane ſumus foliorum generationi ſimiles.* Bit.

Et cumulant raptæ Borearum flamine ripas.
Retexe, Flacce, carmina;
Fulgida ſpuma, leuis labenti in flumine luſus,
Difflantis aut auræ iocus
Oppida ſunt, & opes, animorũ, & Gloria, ſidus,
Et regna qui trahit decor, *(a)*
Et chlamys, èt trabea, & quotquot diademata
Tortis adorat palbebris. (vulgus
Senſerat hoc Gilimer, quãuis & barbarus aulæ
Cœpit Catone grandiùs
Dicere; Bizanti cum Belliſarius vrbe
Victorioſus curreret;
Ante triumphatam nudo Rex vertice pubem
Cum duceretur; feruido
Siſtitur Hippodromo Gotthus, quem culmine
Bellona ab alto traxerat; (Regni
Feſta triumphali ſtreperent cũ tecta tumultu;
Interrogatus; volueret
Quid nã animo? ſunt, dixit, inania nomina Re-
Corona ſpumæ par micat: *(b)* (ges;
Et magnis quamuis Adamantibus ardeat, atrũ
Expallet ab Mortis gelu: *(c)*
A' gemmis radiet Regnorum in vertice, ferri
Ad fulgur hoſtilis labat:

En

(a) *Caduca ſunt quæcunque fucata ſunt.* D. Cypr. ep. ad Donat.

(b) *Ego eccleſiaſtes fui Rex Iſrael in Hieruſalẽ.* Eccl. 1. *Fui, iam non ſum: quia & ſi ſum, idipſum nihil eſſe cognoſco, quod ſum.* Hugo de S. Victor. ho. 5.

(c) *Omnis potentatus vita breuis.* Salom.

En mihi, dum ſceptrũ caleo geminare, Corona
Inauſpicatò decidit:
Cũ modò per ſtratas Orientis plauderet vrbes
Diues trophæis Vandalus,
Quæ paſſim antiquâ ſuſpendit ab Ilice; vaſtum
Gothoque Marti ſubderem
Alterius Romæ Imperium; fuit illa fugacis *(a)*
Lux vmbra *Gloriæ*, *nihil.*
Ante manu facili plenis è fontibus hauſtus *(b)*
Stringetur in pugno latex,
Quàm, ne deluſo labatur pectore, poſſis
Felicitatem ſiſtere:
Non violanda fides habeatur tutiùs Euro, *(c)*
Scriptæ vel in aquâ literæ,
Aut folio, quod bruma quatit, vel frigus adurit,
Facibuſve ariſtæ proximis,
Aut fulco, quẽ ſignat auis ſuper Æthere pẽnis,
Quàm Fauſtitati Cæſarum.

Fons

(a) *Iſta tibi cara nihil ſunt.* Phil. Hebr. *Eſt quaſi diues cum nihil ſit.* Prou. 13. *Eſt quaſi diues, ſed non vere diues, quaſi tantum diuitias huius mũdi habeat, cum nihil habeat.* Hugo de S. Caro.

(b) *Quid eorum, quæ diligitis, nõ tranſcurrit, & tranſvolat? quid non fugit penè antequam capiatur.* D. Aug. ſer. 25. de ver. Apoſt.

Conſtantinopolis altera Roma à Conſtantino dicta eſt.

(c) *Ventis tutiùs, aut literis in aqua ſcriptis fides haberi poſſe videtur, quàm hominum felicitati.* Greg. Naz. or. 17. ad ciues.

Fons
Æternis è montibus.

O D E

In Concionem XXIX. die Lun. poſt Hebd. 5. Quadrag.

Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.
Ioan. 7.

IMmenſis petulantior
  Scyllæ vorticibus, cum Gula te rapit,
In te tot patrimonia
  Quamuis non dubitent naufragium pati,
Si Febris malè pertinax
  Proſternit ſtomachi robur, & occupat
Sæuis corda caloribus,
  Vt te fatiferis torreat ignibus,
Quamuis Ambroſiâ dape
  Latrantis ſtomachi diſſidium premas,
Plenâ & nectaris amphorâ
  Places vota tui ſordida gutturis,
Gaudes, protinus at ſui (a)
  Non expleta voluptas patitur famem:
Nec mortis rigidæ vnguibus (a)

Com-

(a) *Voluptas ſemper famē patitur ſui: quià alimentis perpetuis neſcit impleri.* D.Ambr.
(b) *Quæſtus peccati Mors.* D.Ambr.

Compages teneri corporis eximes.
Viuunt lautiùs Aſtomi;
Illic vir ſaturis turget odoribus,
A' Bacco, & Cerere abſtinens
Aſſueſcit Syriam ducere naribus;
Illic vita beatior
Altè bruta docet ſpernere pocula,
Vulgo carpit aromata,
Et flores ſequitur, prandia narium;
Fibraſque extrahit arborum,
Spirat ſi qua ſuo è Gange ſuauiùs:
Pectus langueat, acribus
Mox nutantem animam fulcit odoribus:
Sic ſe ſoſpitat; inſolens
Hæc dat meſſis ei viuere longiùs:
Dum lanugine frondium
Procurata tegit corpora: tu gulæ
Blandus, Strimoniæ Gruis
Optas colla tuis vincere faucibus;
Longo Liber itinere
Vt ſic liberiùs guttura proluat:
Albæ manet ab vbere
Bacchus, non animi ſerpit in angulum, *(a)*
Non aut triſtitiam fugat, *(b)*

Cura-

(a) *Quia non ſunt cibus naturalis animæ.* D. Bern.tract.de dilig.Deo.

(a) *Non eſt ab homine, ſed ſupra hominē quod facit hominem beatè viuere.* D.Aug.

(b) *Capacem Dei quidquid Deo minus eſt non implebit.* D. Bern.

Curarum aut prohibet pectora morſibus:
O' quiſquis *ſitit*, integris
Si ditare iuuat labra liquoribus,
Ad Ieſum *veniat*, *bibat:* (a)
Æternis ſaliens montibus hic latex (b)
Illabens animo beat,
Reſtinguens cupidi incendia pectoris;
Et mox crimina diluit;
Vt parto populos inſerat Ætheri.

(a) *Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Io.4.

(b) *Fons ibi eſt vbi Chriſtus eſt; Fons eſt, vt aquæ ſuperfluant requirentibus, quo & vniuerſæ carnis vel flagitia diluantur, vel reſtinguantur incendia.* D.Ambr. in Pſal.45.

Suſurrat, & ferit
In Detractorem.

O D E
In Concionem XXX. die Mart. poſt hebd. V. Quadrag.

Vbi eſt ille? & murmur multum erat de eo in turba. **Io.6.**

Carmen ſolis conſtat Iambis.

VIreta diruentis inſtar Aufidi,
Vt imbre tauriformis aucta ſpumeùm

Suſurrat vnda, dimouet domos, aquas
Rotans, per arua ſeminata turribus,
Nec alta diſſipare parcit arborum,
Vel ornat alma quas Diana floribus,
Vel hoſpitalis vmbra reddit inclytas;
Tumes, Suſurro, turbulentus è ſinu
Vaſro minas in hoſpites vibrans fremis:
Aquâ furente quin, proterue, ſæuior
Ferire ſtirpe nobili ſatum genus
Amas, & alta vellis ore nomina,
Licèt decore caſtitatis integra:
Velut procella, quæ reuellit æquora:
Suo rebellis vt Moloſſa vinculo,
Recèns coacta tollit in minas caput,
Per antra fertur, & latrando lancinat:
Velut timenda Tigris ore mordicùs
Tenet, foditque dentibus, ſibi rapit,
Silente nocte, qui relicta pignora;
Petis procace magna dente pectora,
Nec ore præda pertinace decidit,
Cruore donec innocente diffluat:
Nec ira peiùs inſidelis æſtuat,
Petita cum tuentur antra Viperæ:
Furens nec vlla te tamen manus premit,
Tuuſque cogit interire ſibilus:
Venena qualis addit atra ſpiculo
Feræ petitor inter alta montium,
Vt inſequutus ocyor Lepus cadat,

Nec

(a) *Conſecraſti os tuum Euangelio, talibus iam operiri illicitum, aſſueſcere ſacrilegium eſt.* D.Ber. l.7.de cor.ad Euang.

Nec vlla ſpes ſalutis inſit oſſibus;
Siticuloſa quem venena deuorant;
Amica terga virulentus impetis,
Grauis notare, vulnerare perfidus,
Et inſueta luſitare callidus:
Cur ergo dente Scorpionis altiùs
Feris, & acre vulnus æſtimas iocum?
Scatet petita ſi cruore Caſtitas?
Jocus ſcit eſſe, ſi pudore ſubrubet
Cohors amica? ſi madere ſanguine
Dolet propinquus, & iocando riſeris?
Quit eſſe riſus, vnde luctus euenit?
Charis quit eſſe dulcis, empta fletibus,
Ab ore quos amarulentus exprimis
Acerbiore de dolore luminum?
Potes iocoſa nuncupare gaudia
Dolentis irrigata felle pectoris?
Poteſt ferale crimen eſſe luſui?
Cruenta fama ſtridet icta dentibus,
Genas & audet inquinare riſibus
Suſurro, dente belluæ nocentior? *(a)*
Jocus quis iſte, quem theatra Cæſarum,
Cruore terra cum maderet effero,
Suis in Vrbe non dedere ciuibus,
Amaret aula cum fauere cædibus:
Ibi cadebat à mucrone bellua,
Sed hîc perenne nominis decus perit;
Et ipſa fama palpitat ſub ictibus,
Tua vt coruſcat enſe lingua ſæuiſs:

(a) *Suſurratori odium & inimicitia & contumelia.* Eccleſ. 5. 17.

Gulæ quid intereſt vacare murmuri?
Amara ponè dicta quis dapi ſapor?
Malinè tanta cor libido poſſidet,
Vt inter eſculenta fama fumiget?
Nego quod aulicas ſami, aut gulæ dapes
Braſiliana condiant aromata,
Vel albicanti arundineta nectare:
Placent ſapore differentis alites,
Facitque grata murmur oris oſtrea:
Parum eſt, volucrium natare ſanguine
Patet quod inter alta turris atrium?
Parum eſt, in auro edonibus dapes geri,
Nigros acerba lingua ni iacit ſales?
Memento, vt aſtra puniere principem,
Superbus aſtra cum ferire quæreret,
Retorta lumen huic ſagitta perdidit;
Et ore tu vel aſtra dùm fero petis,
Proterue, cum feris loquendo nomina,
Amant nitere quæ decore ſiderum,
Tuis peribis impetitus artibus.

Vena-

Venator ſit præda.
In D. Euſtachium:

Qui ab idolorum cultu ad noſtram tranſit religionem; dum venanti inter Cerui cornua acti in Crucem Numinis affulget imago.

O D E

In Concionem XXXI. in die Mer. poſt Hebd. V. Quadrag.

Oues meæ vocem meam audiunt, & ego agnoſco eas, & ſequuntur me, & vitam æternam do eis. Io: 10.

FEruet Melampus dum pede, naribus
Dum læta luſtrat prata ſagacibus;
En ceruus occurrit fugaci
Doctus equos ſuperare ſaltu;
Regerminarant tempora plurimo
Ramoſa cornu: Falco, & Oribaſus (a)
Dum grande mirantur præaltæ
Frontis onus, capitiſque ſyluam,
Effulget inter cornua mox Cruci
Imago Fixi; prodigium ſtupet

 Ve-

(a) *Canes.*

Venator abſtractus, ſilentes
Crure canes tremuere preſſo:
Atqui ſerenæ Numen in obuias
Vibrat ſagittas frontis amabile
Vix fulmen, & tendentis arcum
Euſtachij vaga corda figit:
Sic præda factus, vulnera Numinis
Cadens adorat qui nemorum feras
Prædator exercet canum vi,
Et volucri metuendus arcu:
Dein arma Ieſu miles & induit,
Cui largus ardet fundere ſanguinem,
Qui castra Dianæ tenebat
Armiſono pharetratus auro.
Eheu quis Æthræ calleat orbitas?
Eheu quis ictum Numinis arceat?
Cum dura, ne longùm pererrent,
Corda ſibi ferienda poſcit:
Cælo rebelles ære Corinthio
Artûs obarmes, ac Aquilæ datis
Velocior pennis, ſagitta
Ocyor, i, fuge tortuoſus
Vitare telum Numinis; inſcium
Te ſternet almâ cuſpide; dexteram
Et ante quàm ſpectes coruſcam
Fulminibus, patet acre vulnus,
Salubre vulnus, per quod iter micat
Ad aſtra, virtus ni tua militet
Telluri, & infractis recuſes
Moribus exuperare fatum.
Spirans minarum concidit in via
Saulus Damaſci, lumen & è Polo

In corda vibratum ſuperno
Edomuit ſtimulo rebellem:
Pro quantus arſit flammeus eloqui,
Cum diſſipantem fulmine fortiùs
Sermone Iudæos perenni
Obſtupuit Synagoga Paulum:
Qualis relaxat lora iugalibus
Auriga duris, præcipites fugam
Pér lata dum captant viarum,
Limes vbi petit arctus artem,
Mox fluctuantes uiribus attrahit
Totis habenas, dexter & occupat
Pericla, & inuito furentes
Ora pati ſua fræna cogit;
Dat lora Numen cordibus aurea,
Flectitque motu ſideribus pari,
Et, ſphæra quo Cæli mouetur,
Nos digito regit efficaci.
Tu ne requiras quid tibi de Polo
Virtus minetur præſcia Numinis;
An igne ſupremo domanda
Membra Erebi tua damnet vmbris:
An vis futuri conſcia deſtinet
Calcanda noſtris ſidera greſſibus:
Cur voce de Cælo tonanti
Compulerit ſub ouile Saulum: *(a)*
Te forſan Hircum nouerit: & frequens
Cur

(a) *Ouem te putas, forte hircum te Deus nouit.* D. Aug. l. de ciuit. c. 10.

Cur hunc nec illum caſibus eximat; (*a*)
Spretoque venatore Nemroth, (*b*)
Euſtachium reuocarit Orco:
Inſane, vites hoc pelagus tui
Tempeſtuoſum ſic temerè ingenî
Tentare cymba, imum nec aude
Conſilij penetrare plumbo;
Debes niſi Auſtro ludibrium, impetu
Abreptus vndarum in ſcopulos, Thetis
Turbata probroſi nec vnam
Naufragij tabulam redonet:
Dum, monſtra Cæli, ſidera conſulis, (*c*)
Reum furentis mitte proteruiæ (*d*)
Te vana ſectantem fateri;
Scire nec id foret, at perire:
Eſt fatus Orbi quod Deus, id vocat (*e*)
Crudele fatum vulgus inertium;
Fortuna, ſi quid ſit, remotis
Perpetuò famulatur aſtris:
Seu damna gignant eminùs vrbium,
Seu

(a) *Cur hunc magis, quàm hunc liberet: ſcrutetur qui poteſt tam profundum iudicium. verumtamen caueat præcipitium.* D. Augu. ep. 105.

(b) *Ob hoc exiuit prouerbium quaſi Nemrod robuſtus venator coram Domino.* Geneſ. 10.

(c) *Aſtro nos cogi, dicunt Aſtrologi.* Iudic.

(d) *Curioſitas reum efficit, non peritum.* D. Zeno. ſer. de æter. ſi. ge.

(e) *Quid aliud eſt fatum niſi quod de vnoquoq; noſtrum fatus eſt Deus.* Minutius Felix in ſuo Octau.

Seu fluxa latè munera nutriant
Telluris, ad Dei tremendum
Aſtra ſupercilium mouentur:
Si regna mutent prodigialium
Sæuo Cometæ fulgure crinium,
Hos Numen accendit per Æthram,
Cum nimius vapor aſtra turpat:
Aduerſus anceps Arbitrij decus (*a*)
Qui vota Cælo libera ſanciunt
Pendere, nequicquàm Futuri
Sollicitis, fatuantur, aſtris:
Fati officinas ingreditur Deus,
Sortes metallo temperat, vt libet,
Illuſtrat argento, vel auro,
Aut amat attenuare ferro:
Intacta grandi Numinis at manu (*b*)
Reſtat voluntas, & ſua: præſcius
Relinquit & Deus ſub alto
Arbitrij tua corda regno.
Nunc Beza ab vmbris turgidus exeat, (*c*)
Vitæ ruinam doctus in vltimam,
Verſaque libertate mentis,
Hæc ſtoico vomat ore ſenſa: (*d*)

Si

(a) *Priſcillianiſtæ hæretici naſci vnumquemq; hominum ſub conſtitutionibus ſtellarum putant.* D. Greg. Pap. ho. 10. in Euang.

(b) *Neque enim propter ſtellas homo; ſed ſtellæ propter hominem factæ ſunt.* D. Gregor. Pap. ibid.

(c) *Fato fiunt omnia quæ fiunt; dicebant Stoici* ex D. Aug.

(d) *Theodorus Beza primus diſcipulus Caluini.*

Præueniet reſerare fauces:
Prudens futuri, ſi Deus Adriæ
Præſciuit vndis te fore debitum;
Te feruor inſanus, vel altum
In mare fraus aliena mittet;
Nec mille naues retibus, aut manu
Scitâ natator plurimus extrahet;
Nec mille Delphines per imos
Te poterunt reperire fluctûs:
Rides: ſed erras: inſcius et Polo
Toto pererras; ſi temerarius
Scrutare quæ Numen volantem
Extra animum poſuiſſe gaudet: *(a)*
Fatalibus cum torreat ignibus
Te Febris atris aſpera faucibus;
Obſiſte, ſuſtentet cadentis
Ne ſtomachi medicina robur;
Si poſt malorum te rabiem Deus
Nouit timendorum incolumem, petis
Incaſsùm, vt inſanam Galenus
Pęoniâ fuget arte febrim;
Iuuat quid annos quærere pharmaco,
Mortalitatis ſi Deus ordinat
Momenta, diuinique ducit
Conſilij Cynoſura vitam.

Fœ-

(a) *Et ſi Deus ex æterna ſcientia præcognitum habet quid vniuſcuiuſque meritis retributurus ſit; nemini tamen per hoc quod falli non poteſt, aut voluntatem, aut neceſſitatem intulit delinquendi*. D. Augu. ad articulos ſibi falsò impoſitos. art.13.

Fœcunda Tellus vt foueat ſinu,
Multoque reddat ſemina fœnore,
Colonus in fruges benignam
Parcat humum domitare ferro, &
Immerſus alto marceat otio
Fidens ſereno improuidus Ætheri:
Si nempè prænouit Dei mens,
In ſegetes fore diues aruum
Ac vt fatiget frugibus horreum;
Ad quid ſeuero dextera ſarculo
Extorquet à glebis quod offert
Sponte ſua paritura Tellus?
Dum Cælum in imbres duruit æneum,
Ab axe Numen ſi fore nouerit,
Telluris, in fruges nouercæ,
Vt vacuum ſteriléſcat vber;
Fruſtrà colonus, quærat vt vberes
Meſſes, laborat mungere glareas,
Perſiſtit aut ſinum parentis
Dente auidî lacerare raſtri.
Negas: ſed ardens, Sol vbi ſæuiat,
Sudet per altum marra meridiem;
Vt multus aſpiret labori,
Et cumulet Deus arua votis.
Inſiſte ſacris ergo laboribus, *(a)*
Quidquid minetur vana neceſſitas;
Poſt te vt catenatum per Æthram
Pura trahat tua vita fatum.

S Si

(a) *Si non es prædeſtinatus, fac vt prædeſtineris, & enitere ita viuere, vt cæleſti habitationi congruas.* D. Aug. de fine, & operibus c. 22.

Si non peccaſſet, fecerat illa minus.

Ad Metanoeam

Vt in ſua Magdalenam caſtra recipiat.

O D E

In Concionem XXXII. in die Iouis poſt Hebd. V. Quadrag.

Et ſtans retro ſecus pedes eius lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat.
Luc. 7.

DIua, cui prono pudibunda vultu
Supplicat Tellus, Metanoea, plorant
Cui ſenes, tardo cui Culpa voto
Dedecus arcet,
Te Dolor multâ prece vultuoſus
Ambit, & Queſtus lacryma decorus,
Mœror & pulchram tibi gratus oris
Conſecrat vmbram:
Huc ades magnis opulenta pœnis,
Triſtis inceſſu, laceroque crine,
Caſta te circum trepidis volent Suſpiria pennis;

Fer-

Metanoea Grecè, Pœnitentiam Latinè ſonaret, ſi hoc vocabulum latinitate donatum fuiſſet.

Ferreis horrens tribulis flagellum
Larga pœnarum, ſceleriſque pura
Dextra ſuſtollat, nec auara Pluti
Munera curet;
Si placet ſerti breuis vmbra, Taxus
Verticem velet tibi luctuoſum,
Atque Narciſſus lacrymâ coronam
Spargat odorâ;
Cum genis certent Violæ, capillum
Suauè ſuſpirans Hyacinthus ornet;
Ornet ac germen malè funerati (a)
Numinis index:
Ecce faſtoſæ Veneri rebellat
Diſpari quærens tua caſtra cultu,
Diſſipans aurum capitis venuſtâ
Magdalis irâ;
Vaſa odorati pretioſa Nardi (b)
Ad pedes frangit Domini; beata
Labra mox ſacris, animamque plantis
Plurima figit;
Larga certantes lacrymas Electro (c)
Spargit immoti per amara vultûs;

S 2 His

(a) *Granadilla.*

(b) *Beatus qui poteſt oleo vngere pedes Chriſti ſed beatior qui vngit vnguento: multorum enim florum in vnum collecta ſpargit.* D.Ambr.

(c) *Quid nam oculis illis formoſius perpetuo lacrymarum imbre et quaſi margaritarum decore ornatis.* D.Io.Chry.ho.30.in Ger.

His Polum gemmis emit, & nitore *(a)*
Sidera vincit;
Hoc lauit lapſi generoſa Ponto *(b)*
Pectoris labes; geminumque frontis
Sidus hoc mergit pelago; ſed vndis
Pulchrior exit:
Flere nam parcè pudet: in calentes
Eliquat fluctùs animam, perennis
His pedes Ieſu rigat, & capillo
Supplice tergit.
Texit è cirris operoſa rete *(c)*
Phryne; vt includens animas reducat
Quò vocat curas Venus, & iuuentam
Præda moratur;
Hoc ſtruit blandas nemore illa fraudes;
Cum dolos comit per amœna frontis;
Et feros captans animos rebelli
Mollit Amori:
Quem latet, quantum nurus in capillo
Alliget faſtum: coma ſiue conum
Caſſidis fingit, quaſi dura victrix
Bella minetur:
Dulce ſeu nectit diadema fronti;
Æthra cui cedat minor; it ſuperba,
Pulchra quòd ſolo regat imperatrix
Pectora nutu:

Seu

(a) *Torris inferni factus eſt ſplendidum ſidus Cæli.* D.Petr.Dami.
(b) *Multus peccati ignis, & modica extinguit eum lacryma.* D.Jo.Chry.ho.5. de pœnit.
(c) *Aucupiũ hominũ.* D.Cle.Alex.l.3.pædag.

Seu catenato ſaciem decore
Occupent crines; nitidæ cadendo
Quà patent aures; ſpecioſa cordi
Vincula monſtrant:
Siue per ſudum trepidare frontis
Lubricos tangi doceat capillos
More ſerpentis; petit illa blando
Viſcera morſu:
Ecqua mutaret mulier Peruſî
Fulua theſauro capitis metalla!
Ditis aut gemmas Orientis, ipſa aut
Fulgura Solis!
Vilis at Diuæ, quaſi mappa, crinis
In pedes Ieſu teritur; ſed auget
Et nouum fronti decus, & capillo in-
uoluit Olympum.

Optata ad pacem Europæ victima.
In lethum Goſtaui Adolphi Sueciæ
Regis:

ODE

In Concionem XXXIII. die Ven. poſt Hebd.
V. Quadrag.

*Expedit vobis, vt vnus moriatur homo
pro populo, & non tota gens pe-
reat.* Io. 11.

IMpleat clamor lacrymoſus aulam,
Et ſinum ſpargat violatus vngui
Crinis, & mœſtùm niteat, relictâ
Pectinis arte:
Frondibus qualis viduata luget
Sylua, vbi Caurus pugil vrget Eurum,
Et videt, luxu nemorum caduco,
Sidera Tellus,
Tu probes, Coniux, lacrymis Adolphum:
Teque Reginam; ſine lege luctus
Inſolens laxet generoſa iuſto
Frena dolori,
Suecici diſcant iterare montes
Regiæ planctûs, Gothicuſque luctu
Cogat & paſtor reſonare valles;
Rhenus, & Albis

Ho-

Hoſtium conos, clypeoſque reddant;
Illa ſunt tanto cumulanda fletu;
Cernat & campus toties cruento
Puluere merſus:
Ille, qui Septem ſpolium Trioni
Splendidum traxit, manet inter altos
Hoſtium ſtratus cumulos; nec audet
Hiſcere Mauors.
Magne Germanæ dominator Vrſæ,
Fracta regnantis trepidùm micabat
Sæua maieſtas Aquilæ, nec aras
Ala tegebat,
Cæſaris nomen populis timendum
Sparge nunc tutus; pauor ille campi
Dexterâ ſparſis iacet in ruinis
Sponte ſepultus:
Ite trans fines maris ite, Grandes,
Ferte natali procul arma Cælo,
Ite Fortunæ veteris ſuperbum
Linquite nidum:
Fata felices rapuiſſe gaudent,
Dis vbi claudit miſeris Barathrum:
En procul ſanguis vetus ille regum
Occidit aulâ.
Ite nunc reges geminate regna,
Pila diffictis fabricate marris;
Vt nouum ſurgat patriæ per ampla
Vulnera ſceptrum:
Vidimus Sueci mala fata regni,
In ſuo, ſpirans trabeas, triumpho
Concidit, fauſti cui militarunt
Fulmina Martis:

Quà

Quà pedes mouit, tulit ille denſos
Militum nimbos, per amara belli,
Ante quem Terror properauit, armis
Obrutus horret.
Cui dies ceſſit modò Martiali
Horridus fumo, refugique fracto
Turbinem tantæ timuere cladis
Lumine Soles,
Quique, cum nullum ferus inueniret
Iuppiter fulmen, vice fulgurauit
Fulminis, bino perit à nitroſi
Pulueris ictu:
Quin & è cunctis poterat tremendum
Iuppiter terris remouere fulmen,
Bella quà Sueci noua ſuſcitabat
Dextera Regis:
Nanque ſub ſtellis, vbi ſplendet Arctos,
Creuerat quidquid Ioue fulminandum
Ille Rex, Vrſæ timor ille, dextræ
Fulmine fregit.
Grande præcedat feretrum triumphus,
Aſperum telis gerat haſta ſertum,
Regis & dextram prope laureatus
Fulguret enſis;
Multa victorem trahat Vrſa currum,
Sculpta ſe dedant vbi regna Sueco,
Et catenatæ referantur orbæ
Ciuibus vrbes;
Annuant arces prope, luctuoſum
Imperî geſtet ſpolium ruentis
Ferculum maius, domitos Smalanno
Teutonas enſe:

Vna

Vna lux ſtanti dederat triumphum,
Et dies idem cecidiſſe vidit;
Syrma ſic oſtro ingeritur; potentes,
Diſcite regnum:
Regius, quò quò rapit ira pectus,
Sanguis Europæ, reducem per vrbes
Perſonet pacem tuba; magna poſcit
Victima pacem:
Quippe ſic viſum Superis: vt vnus
Falce pro cunctis premeretur heros;
Ne proſanatis Alemannus aris
Cederet Orco; &
Tota gens latè miſerùm periret;
Si venenatis metuenda criſtis
Hydra Germanum violaret omnem
Hæreſis Orbem.

In tanto ſęculi veſtimentorū apparatu nullum Pudoris ornamentum

Deteſtatur vates veſtium inſaniam à quibus mala in Italos deriuari oſtendit.

O D E

In concionem XXXIV. Hebd. Palmarum.

Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta in via. Matth. 21.

QVæ veſtium laſciuia, barbaro (*a*)
De fonte, noſtri moris adulterat
Cultum? en nurus gerit Latina
In manicis quaſi Maura byſſum,
Et vitta ſolum ſerica vertici
Deeſt, retorti turbinis in modum:
Heù contumaces? mox trahemus
Barbaricas ſine iure leges,
Et Barbarorum tela ſuper caput
Simul feremus: Vandalus, Hungarus
Qua ſtrage fœdauere Cælum
Italiæ! tua plectra, Siren,
Adhuc caleſcunt à lacrymis, ſonat
Et chorda luctu mollior aſperum;

Quot

(a) *Elaborata libido.* Tertull.

Quot ille vaſtauit probroſo,
Parthenope, tua regna curſu
Victoriarum! quin Latio inuidus
Palàm decori, pronus & vrbium
In damna, deleuit vetuſta
Auſoniæ monumenta ferro;
Ferroque, & igni marmora diffidit,
Secta è Caryſti brachio, ab Africæ
Vel cæſa dorſo, quà theatrum
Explicuit per amœna ruris
Campana Tellus; nec Capitolio
Inuidit Vrbis: mœnia frangere
Vrbana non contentus armis,
Gotthus ijt metuendus aris,
Et templa ſacro diruit impetu,
Nigroque flammæ turbine parietum
Deiecta maieſtas ruinam
Funditùs interitura traxit;
Diſperſa Lappo marmora dentibus
Triuit, nec iram lenijt; improbo
Ferro ſed eraſit ruinas,
Ac Italum propè nomen vſſit:
Hinc preſſa vaſtis ruderibus iacet
Loci venuſtas: lumina geſties
Quocunquè conuertiſſe, lapſum
In cineres tegit herba faſtum:
At nulla fœdis tradita cladibus
Caligo celat flagitia: inuehunt
Dum bella mores, quos vel ipſa
Barbaries timet: impiatas
Venus quot arcto barbara nuptias
Nodo coegit? pronuba præfuit

Bello-

Bellona, Picenæ Gothunnis
Coniugibus tepuere lanæ;
It Sarmalando ſplendida compari
Sabina virgo; probra nec Appulus,
Nec Marſus atroces Smalandorum
Erubuit didiciſſe ritùs;
Si corda ſolers pungit adhuc amor
Vim vaſtitatis noſſe; ruentium
Tam latè inundat Barbarorum
Eluuies furioſa Regnum,
Dum Niſa geſtat Ver Holoſericum, *(a)*
Autumni & audet texere Copiam
Roſaura, Pomonæ in perenne
Ludibrium, opprobriumque Floræ:
Toriſque monſtrat luxuriantibus
Dum terga Phrynæ candida Nuditas, *(b)*
Lareſque nudat, dum maritum *(c)*
Diuitijs ſpoliare gaudet;
Dum nuda lactat mamma Cupidinem,
Et colla faſtum lactea nutriunt,
Vt Diua de throno, decorem
Dum mulier phalerata iactat,
Velo æmulatur dum capitis niues,

Vt

(a) *Florida veſtis de proximo curat luxuriæ negotium.* Ter.l.de.cult.Fœm.c.9.

(b) *Nudæ per ciuitatem ambulant: cum nullum ſibi virtutis amiculum ſit; quod ſi ea res turpis eis non videatur, teterrimæ hoc inſaniæ argumentum eſt.* D.Io:Chry.ho.22.

(c) *Mulier delectabile detrimentũ.* D.Io:Chry. ho.19.in Matth.

Vt hoſpes artis neſcius ardeat,
Inuoluit in genus Latinum
His mala tegminibus: quid vltra?
Quo texta luxu barbara vincimus
Et Barbaris nos vincimur: extero
Armati vt excurrant ab Orbe
Veſtifluos lacerare mores:
Serinda cultu ſplendida ſerico (a)
In nos dat ipſis ſpicula Gentibus,
Alitque quas ſparſit per vrbes
Luxus opum populator artes:
Et noſtra crudæ cominus hoſtium
Felicitati crimina militant:
O' terror, ò magnis auorum
Barbaries animoſa culpis!
Immane quantùm Luxus in vrbium
Creuit ruinas: India mercibus
Vndet; quòd Europæ fatiſcit
Impauidos ſaturare Gaulos;
Ne ſparſa deſint lumina pectori,
Aurum metalli transfuga tunditur (b)
In fila, flexilemque Lini
Materiem ſimulare callet;
Vt inde ceruix fulgeat aureùm,
Furtiſque diues det pretium Venus;
Vt ralla præluſtris reponat

(a) *Serico, & purpura indutæ Chriſtum induere non poſſunt.* D. Cypr.

(b) *non eſt, vt ait* Tert. 1. de hab. mulie, *Ingenium decoris, ſed ſunt iniquitatis ingenia* Tert. de vel. virg. c. 1.

Luxuriæ, Venerique fulgur;
Latè virenti luce ſmaragdina
Nunc crura veſtit, nunc ſibi tibias (a)
Druſilla ſuccendit Pyropo,
Aut caligas Adamante ſtringit:
Aureiſque ſocci compedibus probam (b)
Calcare iactat pauperiem, premit (c)
Per colla gemmatum monile (d)
Luxurians breue fulgur auri.
Nunc feuda toto corpore fert nurus;
Ne compta faſtu barbarico auribus
Regina ſuſpenſum ſuperbis
Sola gerat Cleopatra Regnum:
Nunc ſponſa celſo vertice textilem (e)
Portare ventum geſtit, & inſolens
Thorace conſumit vel vno
Diuitias patrimoniorum.

Dum

(a) *Vinctæ diſſolutione corporis*. B. Baſil. Seleuc. orat. 2.

(b) *Hinc collum catena conſtringit, inde pedem compes includit: nihil refert auro corpus oneretur, an ferro*. D. Ambr.

(c) *Nec intelligit ſpecioſa eſſe ſupplicia auro ſe illigatam teneri*. D. Cypr. Epiſ. ad Donatum.

(d) *Auro ac margaritis, & monilibus ornatæ ornamenta corporis, & pectoris perdiderunt*. D. Cypr.

(e) *Scintillas libidinum conflabellant*. Tert. l. de Spect. c. 9.

Dum ludit olim fœmina veſtibus (a)
Libidinoſis ſic temerè: Draco
Emiſſus ex imo Barathri
Tartareo petit vngue Romam,
Septentrionis fertur ab angulo
Ducens feroces Attyla Pannones,
Et tot renidenti ſceleſtas
Ardet opes laniare ferro:
Heu vix nocentum crimina ſubſtinet
Oppreſſa Tellus: motibus excutit
Irata nunc molem, voraces
Nunc Stygio vomit ore flammas.
Teſtis mearum Veſvius helluo
Sententiarum, ſaxa liquentia
Cervice qui ructat trifauci
Italiæ populatus arva:
Qui nuper atro compita pulvere,
Sparſitque fumi nubibus Æthera,
Et igne linguarum ter amplæ
Ferre rogum minitatur urbi:
Tot vrbium cum crimina viderint,
Odere ſemper ſidera turbidi
Montes, & iraſcuntur aſtris,
Miſſilibus feriant quòd arces,
Quòd celſa frangant colla comantium
Tumultuoſo fulmine montium,
Ceſſentque, nec magnis refertas
Criminibus iaculentur vrbes.

(a) *Lenones, & proſtitutores veſtitùs, & cultùs ne in vos admiſeritis.* Tertul. l. de cultu fœm.

In Schola Æternitatis
Non bis erratur.

O D E
In Concionem XXXV. ipſo Paſchatis die.

Surrexit non eſt hic. Marc. 16.

QVi criminoſo extraxit è cœno caput,
Geſtit & attrahere
Auras amici Numinis,
Is ne pericla provocare gaudeat,
Neu choreas iteret
Vbi tenebræ, & lubricum. (a)
Faſtum Leonis contumacem fregerat,
Blanditiis cicurem
Vt circulator redderet,
Caperetque plausùs, & pericla venderet
Prodigioſa foro:
In os Leonis inſerit
Caput protervum: ſemel, & iterum (plauſibus
Dum probat id populus)
Ludum è periclo fecerat,
At perfidis dum ſe ter audet belluæ
Dentibus ingerere,
Senſit Leone ſe premi:
Et tu Leone ludis illo, circuit
Qui nemora, ut laceret
Quem devorare quæritat:

Luſiſ-

(a) *Tenebræ, & lubricum.* Apud D Aug.

Luſiſſe pudeat, Hugo, te animæ pertrahit,
O miſer in Barathrum
Si ludus iſte pertinax:
Victorioſus é ſepulchro Lazarus
Rurſus ad interitum
Fato rebellis emicat.
At dum reſurgit Ieſus, haud rurſum interit:
Hunc imitare ducem;
Ieſu ſumus, non Lazari.

Erit ſine dubio recidenti, quàm iacentì deterius. D. Bern.

O D E

In Concionem XXXVI. die II. poſt Paſcha

Et ſurgentes eadem hora regreſſi ſunt. Luc. 24.

PRo quanta morbi vis, ſalutem pertinax
Dilacerare, petit
Mortalium genus ad necem!
Sed nulla peſtis peior inſultat, febris
Cum recidiva citat
Nos ad ſepulchrum: pectore
Sic quo cicatrix luculenta ducitur,
Dum digito refricas,
Vulnus recrudeſcit: ruens
Si dextra ibidem frangitur rursùs, ſtetit
Cum ſolidata, gemis
Quanto doloris ſpaſmate?
Frangũtur animi quoque, redit ſed mens ſtatũ,
Non tamen ex facili, (a)
Vix ad ſalutis priſtinum;

Letha-

(a) *Similis ratio in fracturis animorum exiſtimanda eſt.* D. Eligius.

Lethalium princeps Libido febrium,
Si geminata calet, (a)
Vt cor maligna ſtrangulat!
Sit dux Galenus tibi, potius ægro, cave,
Ne febris aſſiliat,
Eripere quàm captum febri
Tritæ retentes margaritæ pharmaco:
Nam medicina tuæ (b)
Fruſtra ſaluti conſulit,
Incontinentis ſi palati denuò
Te gula blanditiis
Morbi in barathrum traxerit:
Te criminoſi quid laboris pœnitet,
Vt pereas iterùm
In criminum voragine?
Inominati ſi ſe ab umbra carceris
Eripit arte reus,
Vel vi ſveta noctibus
Et vincla rursùs experitùr Curiæ,
Lætior umbra fuit
Ridente Solis lumine:
Si ſemel ab vnco liberatus Dæmonis,
Vt genio ſtudeas,
Te rurſus illi mancipas,

Cru-

(a) *Quos valetudo aduerſa non extinxit, ſæpius iterata poſt redditam incolumitatem ægrotatio ſuſtulit è vita.* Senec.

(b) *Incaſſum ſumitur medicina, ſi poſt inſtauratam ſanitatem per vitæ incontinentiam qui conualuit in priſtinum incidat morbum.* D. Cirill. Alex. l. 5. in Ioan. c. 17.

Crudeliori te domabit compede,
  Ne incolumis ſugiens
    Illius artem rideas
Sampſon amore ſuę Dalilæ percitus
  Cum ſemel, ac iterum
    Ludum inſolentem luderet,
Illuſus ipſe, captus, & vertens molam
  Sed ſine luce ſuæ
    Sortis reuoluebat rotam.

Periculorum
In fuga Victoria, & Pax

O D E

In Concionem XXXVII. Die III. poſt Paſcha.

Stetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum, & dixit eis Pax vobis.
Luc. 24.

QVi pacis ambit poſſidere munera
In medio ſedeat
Longè à pericli margine:
Dubio procul, peribit in diſcrimine
Ludere qui cupiit
In angulo voraginis.
Interminantis Arborem vitæ ſuper
Numinis immemores
Ter Heva viſum iecerat:
Cur, Heua, ſpectas quod ruinæ eſt tangere,
Et dare quod cupido
Times palato muneri;
Videre vites, quod nec auſis carpere,
Nec tetigiſſe juuet
Quod deuoraſſe pœnitet:
Ni vis feneſtras Mors vt intret vitreas,
Lu-

Lumina pone ſolo,
Si amas videre ſidera;
Quantam Heva Mundo cæcitatem parturis,
Dum reſeras oculos
Et non in Æthram reſpicis:
Cum ſuaue malum curioſa videris
Pupula læta tui
Nobis quot affert lacrymas,
Auerte lumen cauta; dum pomum tibi
Porrigit ille latro,
Quam grande regnum ſurripit.
At illa: iuſtus quis mihi Deus vetat,
Dum procul aſpiciam,
Oculos in altum tollere,
Si fructus ille lumini, & genio placet;
Sunt labra clauſa ſacris
Legis ſeueræ vectibus,
Mordere pomum ne guloſa peruelim;
Numen at haud prohibet,
Vtraque ne legam manu:
Spectare præſtat quod videre non vetor,
Libera de manicis
Poſſum libenter tangere;
Non oculus eſt mihi Dei juſſo erutus,
Et mihi ſunt digiti
Illud valentes carpere;
Attrahere detur his odorem naribus,
Sit ſatis os ſtomachi
Amantis eſcam claudere.
Bene eſt, vbi tu in aſtra viſum verteres,
Numen vt aſpiceres
Vibrans in Orbem fulmina:

At

At oculus inuitabit ad tactùs manum,
Eſt nec auara manus,
Vt narem odorari neget,
A' nare ad os quàm tenue ſpatium interiacet;
Ni cupis ipſa mori,
Pericla ne palpes, caue.
At illa dextram in Arborem extulit, malum
Neſcia quod legeret,
Illius &, è fructu tulit.
I nunc colubri fide dictis perfidos
Orbis in exitium
Se ſe plicantis in dolos:
En quó parentis traxit Heuæ inſaniam
Ambitus ille throni
Et muliebris proteruitas!
Sic ad labores illa damnavit virum
Perniciosa ſuum,
Quem blandiendo vicerat;
Felicitates, ſeminarat quas nouo
Numen in Orbe recèns,
Culpæ veneno perdidit:
Sic illa iuſſum diſputando Numinis
Aurea non ſapiens
Pacis fluenta perdidit:
Scit inferorum plenus animarum lacus,
Corporis in trabea
Scit actus in Crucem Deus;
Oculos, quid eſt, ſic innòcenter figere, &
Fidere iudicio
Falli ſueto luminum.

F I N I S.

Aloyſius Albertinus Provincialis Societatis Ieſù in Regno Neapolitano.

CVm librum cui titulus Cineralium Conciones ad Lyram P. Proſperi Cappella è Societate Ieſù aliquot eiuſdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint, Nos facultate nobis facta ab admodum Reverendo Patre Noſtro Thyrſo Gonzalez Præpoſito Generali, facultatem concedimus vt typis mandentur, ſi ijs videbitur ad quos editio librorum ſpectat. Datum Neapoli die 15. Septembris 1694.

Aloyſius Albertinus Provincialis.

EMI-

EMINENTISSIMO SIGNORE.

IL P. Proſpero Cappella della Compagnia di Gieſù douendo ſtampar vn ſuo libro di poeſie latine, e ſono: *Conciones per Cineralia ad Lyram*, humilmente ſupplica la benignità di V.E. degnarſi commetterne la reviſione; ſe tanto ſtimerà conuenirſi, e l'hauerà à gratia ut Deus.

Dominus Canonicus D. Antonius Matina videat, & in ſcriptis referat die 3. Decembris 1694.

IO: ANDREAS SILIQVINVS
VIC. GEN.

D. Ianuarius de Auria Canonicus Dep.

EMINENTISS. AC REVERENDISS.
DOMINE.

LIbrum M. S., Te Eminentiſſimo Domino jubente, legi, inſcriptum *Cineralium Conciones ad Lyram Reverendi P. Proſperi Cappellà à Societate Ieſu Sacerdotis*; atque eum lectitando comperi non ſolum Venuſino lepore, ac modulamine concinnatum, omnibus ſed numeris abſolutum. Author ſi dudum ex Pindi collibus, ad animum maioribus defeſſum ſtudiis relaxandum, odoratos collegit flores, nunc Alchimiſtarum fabulas ex florum cineribus flores exoriri iactantium, haud omnino

Y fal-

ſalſas reddidiſſe mihi videtur. Etenim ad pietatem Chriſtifidelium excitandam ac fovendam ſuis per Cineralia concionibus miſtos poeticis floribus electos exhibuit fructus; quibus honoris ac honeſtatis haud immeritò tribuendum eſt nomen. Hi ergo, qui Sapientum conſtituere valent cœnas, in cortice tantum cineres proferentes, dulci interius, ac ſolida medulla repleti, digni mea ſententia exiſtimantur, vt, cum fuerint typis expreſſi, publicæ Literatorum vtilitati ac guſtui in cibos apponantur. Tibi denique, Eminentiſſime Domine, me ipſum, & cuncta, quæ ad me pertinent, ſubmittendo, à Superis Neſtoreum deprecor ævum. Neap. 13. Decembris 1694.

Em. Dom. Tuæ

Obſequentiſſimus, ac devotiſſimus famulus
Canonicus Antonius Matina.

Attenta ſupraſcripta relatione Domini Reviſoris Imprimatur.

IO: ANDREAS SILIQVINVS VIC. GEN.

D. Ianuarius de Auria Canonicus Dep.

EC-

ECCELLENTISS. SIGNORE.

PRoſpero Cappella Sacerdote della Compagnia di Gieſù per poter dare alle Stampe alcuni ſuoi componimenti di poeſia latina, che ſono *Ciner alium Conciones ad Lyram* riverente ſupplica la grandezza di V. E. degnarſi commetterne la reuiſione, e dalla ſua benignità il riconoſcerà à ſingolar fauore.

Reuerendus D. Andreas Maſtellone videat, & in ſcriptis referat.

SORIA R. MIROB. R. GASCON R.

Prouiſum per S. E. Neap. die 24. Settembris 1694.

Comus.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

PEr obedire à gli ordini di V. E. hò letto il libro intitolato *Ciner alium Conciones ad Lyram* del M. R. P. Proſpero Cappella della Compagnia di Gieſù; ed in eſſo non ſolo non hò ritrouato coſa, che offenda la Regia Giuriditione; ma tal anche maeſtria d'ingegno, e vivezza di Spirito, che giudico l'opera compitamente degna de' nome dell'authore, e della ſtima della ſua Religione, della quale può dirſi più giuſtamente, quel che diſſe Caſſiodoro

del-

della famiglia de' Decii, che ſono in eſſa *tot probati, quot geniti, & quod difficile prouenit, electa frequentia*. Giudico perciò poterſi dare alle ſtampe, ſe così parerà à V. E. cui fò humiliſſima riuerenza. Nap. 26. Setembre 1694.

Humiliſſimo, e Deuotiſs. Seruitore
D. Andrea Maſtellone.

Viſa ſupradicta relatione imprimatur, & in publicatione ſeruetur Regia Pragmatica.

SORIA R. MIROB. R. GASCON R.

Prouiſum per S. E. Neap. die 2. Octobris 1694.

Comus.

Digitized by Google

Digitized by Google

Google